





367/A-H



SYNOPSIS COLLECTIONIS MAXIMÆ CONCILIORUM

OMNIUM

HISPANIÆ, ET NOVI ORBIS.

Epistolarumque Decretalium celebriorum, necnon
plurium monumentorum veterum ad illam
spectantium, præsertim difficilium
inventu, aut nunquam antea
editorum.

CUM NOTIS ET DISSERTATIONIBUS,
QUIBUS SACRI CANONES, HISTORIA AC DISCIPLINA
ECCLESIASTICA, ET CHRONOLOGIA,
ACCURATE ILLUSTRANTUR,

*Distributa in quatuor Tomos, nunc primùm
Romæ editos, anno MDCXCIV.*

Quorum Primus continet Concilia & monumenta
sacra Hispaniæ à tempore Apostolorum usque ad
annum CCCIII. Secundus ab anno CCCIII.
usque ad DCCI. Tertius ab anno DCCI.
usque ad MDXI. Quartus ab anno
MDXI. usque ad MDC.


Cura & studio

JOSEPHI SAENZ
DE AGUIRRE,

Benedictinæ Congreg. Hispaniarum Magistri Gen-
Regii ac Supremi Fidei Senatus Consultoris,
in Salmanticensi Academia Doct. Theol.
ac post plures alias cathedras Primarii
sacrorum Bibliorum Interpretis;

NUNC

S. R. E. PRESB. CARDINALIS,
Tituli S. BALBINÆ antea, modò S. Mariæ super
Minervam, Protectoris regni Siciliæ.



ROMÆ, MDCXCV.

Ex Typographia Antonii de Rubeis.

SUPERIORUM PERMISSU.

CONSTITUTIONAL
CONFERENCE

THE
CONFERENCE
ON THE
CONSTITUTION
OF THE
UNITED STATES
OF AMERICA
Held at
Philadelphia
September 17th
to September 28th
1787

JOSEPH
DEAR
TO THE
CONFERENCE
ON THE
CONSTITUTION
OF THE
UNITED STATES
OF AMERICA
Held at
Philadelphia
September 17th
to September 28th
1787

THE
CONFERENCE
ON THE
CONSTITUTION
OF THE
UNITED STATES
OF AMERICA
Held at
Philadelphia
September 17th
to September 28th
1787

IMPRIMATUR,

**Si videbitur Reverendis. P. M. S. P.
Apostolici.**

Sperellus Episc. Interamn. Vicefg.

IMPRIMATUR.

**F. Thomas Maria Ferrari Ordinis
Prædicatorum Sac. Pal. Apostol.
Magister.**

1841

John J. ...

...

...

...

RATIO OPERIS.

AD LECTOREM PIUM ET ERUDITUM,

*Ac sacrorum Canonum & Ecclesiasticæ discipline
studiosum.*

I.



U M aliquanto tempore laborâssem in colligendis omnibus Conciliis Hispaniæ ac Novi Orbis, & celebrioribus Epistolis Romanorum Pontificum, aliisque sacris monumentis ad illam spectantibus, partim prælo excusis, partim nondum editis, compilavi tandem magnam omnium eorum molem. Antequam verò eam publici juris facerem, anno octogesimo sexto hujus sæculi decimi septimi ineunte, prælo edidi Salmantici Synopsin ejus vasti Operis, sive Epitomen illorum omnium; eamque distrahendam ubique locorum curavi intra & extra Hispaniam. Consilium quippe erat excitare homines eruditos & versatos in iis sacris monumentis, ut exquirerent in archivis, tabulariis, & chartophylaciis antiquis Ecclesiarum, monasteriorum, & bibliothecarum insignium, quæcumque essent eodem spectantia: ut simul cum reliquis à me collectis ederentur, non absque honorifica uniuscujusque illorum laude, & indicio grati animi.

II. Quamvis enim Clar. Vir & gravis scriptor D. Garfias Loaisa, Regius PHILIPPI TERTII magister, & postea Archipræsul Toletanus, compilâsset antiqua totius Hispaniæ Concilia, quotquot invenire potuit, celebrata usque ad initium sæculi octavi, & nonnulla alia monumenta ejusdem temporis; reliqua tamen prætermisit. Justum autem videbatur, ut quemadmodum Itali, Galli, Germani, & Angli, omnia Concilia vetera & nova cujuspiam momenti

apud ipsos celebrata, studiosè colligenda, & simul edenda curarunt; ita & quispiam nostratum iis omnibus, quæ apud Hispaniam celebrata sunt quovis tempore, colligendis & publica luce donandis incumberet.

III. Porro, præter Concilia Hispaniæ antea edita in Collectionibus Surii, Loaisæ, Bini, Sirmondi, Labbei, & Cossartii, plura alia nondum prælo expressa, aut rarissima inventu, ministravit nobis Magna Ecclesia Toletana, jussu Eminentiss. & Reverendiss. D. mei Cardinalis Portocarrero, ipsius Archiepiscopi, Primatis Hispaniarum; curante id imprimis Cl. viro D. Michaële del Olmo, canonico, ac Bibliothecario. Præstantissima quoque Ecclesia Hispalensis, sicuti & Compostellana, Tarraconensis, Cæsaraugustana, Valentina, Burgensis, & Salmanticensis, plura alia Concilia aut monumenta sacra nobis contulerunt. Hispalensia exhibuit nomine Illustrissimi illius Capituli nobilissimus D. Ludovicus Federichi, canonicus & archidiaconus Carmonæ. Tarraconensia, & Cæsaraugustana Illustriss. D. Ludovicus Exea Talajero summus Justitiæ Præfectus in Aragonia, ejusque eruditissimus filius D. Josephus de Exea archidiaconus major Ecclesiæ Metropolitanæ S. MARIE del Pilar, sive de Columna: Valentina Excellentissimus Archiepiscopus & Prorex D. Fr. Joannes de Rocaberti, curante id doctissimo viro D. Josepho de la Torre Orumbella canonico. Burgensia exquisivit literatissimus D. Martinus Perez de Segura, archidiaconus & canonicus, nunc Fidei quæstor. Præterea multa alia Mss. ministrarunt eruditissimi Consiliarii Regii, D. Petrus Valero, & D. Joannes Lucas Cortesius, è pretiosis bibliothecis suis. Contulit etiam non pauca D. Josephus Dormer, Historiographus Aragoniæ, libris pluribus editis satis notus; sed longè plura Excellentissimus D. D. Gaspar de Mendoza Ibañez, Marchio Mondexarensis, Tendillæ Comes, cujus dono habuimus duo volumina Mss. quæ olim videntur fuisse apud Eminentissimum D. Cardinalem Quirogam Archiepiscopum Toletanum.

IV. Et ea quidem ferè omnia habebamus Salmanticæ parata ad prælum, cum variis Dissertationibus

nibus & Notis, anno ipso MDCLXXXVI. ac jam probata à Superioribus: cum gloriosissimus Pontifex INNOCENTIUS XI. (oculto iudicio Dei, ita volentis, aut permittentis) die secunda Septembris exiguitatem nostram evexit ad hunc insperatum Hierarchiæ gradum, & subinde ad ingentem curarum molem. Eâ impediti postea, ac novâ editione Theologiæ S. Anselmi Romæ factâ, non potuimus tam vastum Opus adhuc affectum perficere, aut prælo subjicere.

V. Itaque inter tot laboriosissimas alterius generis occupationes, vix licuit Romæ sexennio ferè integro quippiam alicujus momenti adjungere, præter Dissertationes aliquas, ac Notas in Concilia, & Epistolas Decretales veterum Pontificum, ad Hispaniam speciatim spectantes. Harum verò exemplaria antiquissima, adhuc existantia in bibliotheca Vaticana, licuit videre & conferre cum aliis recentioribus, præsertim ad tuendam & illustrandam Collectionem Isidorianam, quæ à quibusdam Isidoro Mercatori, ab aliis S. Isidoro Hispalensi tribuitur. In qua re examinanda & dirimenda totum ferè Apparatum hujus primi voluminis impendimus.

VI. Plurima alia monumenta Hispaniæ, ad Ecclesiasticam præsertim historiam ac disciplinam spectantia, indicavimus in illa Epitome, sive Synopsi excussa anno MDCLXXXVI. tanquam edenda essent simul cum Conciliis. Illius exemplar quoddam delatum Lipsiam, celebrem Saxonie urbem, anno MDCLXXXVIII. inter Acta Literatorum relatum fuit ab illorum auctoribus, præsertim ab Othone Menchenio. Verùm postea visum fuit pleraque eorum monumentorum amandare in aliud Opus: tum quod minùs opportuna sint præsentì instituto: tum præterea quòd iis adjungendis non satis essent fortasse quinque vè grandia volumina, & tanta mole deterrent, aut alienarent animos Lectorum. Itaque ea quasi *παρελαλησόμενα*, seu relicta, loco opportuniori reservamus, seligentes modò pauca, & non aliena à scopo hujus Collectionis. Inter ista verò locum habebunt nonnulla ibidem indicata, & post nostrum in Urbem adventum edita à Cl. V. Stephano Baluzio, tum in nova Collectione Conciliorum ab ipso inchoata, tum in Marca Hispanica, ubi

multa edidit, ex archivis Cataloniae eruta ab Illustrissimo D. Petro Marca Archipræsule Parisiensi, quæ è re hujus Operis esse videntur.

VII. Ut autem facilè, & veluti uno conspectu, totius Operis series & contextura innotescat, observandum est, Concilia Hispaniæ antiqua à nobis recudi quàm fideliter fieri potuit, juxta exemplaria Mss. quibus usus fuit D. Loaisa, indicatis ad oram variis lectionibus: in quibus discernendis laboravit ipse plurimum post magnum illum Antonium Augustinum, religiosissimum in ea parte.

VIII. Porro antiquissimum illorum omnium exemplarium est Lucense, quamvis penè detritum ac lacerum vetustate nimia, sine anno, aut nota aliqua temporis, scriptum operâ cujusdam Aystrulphi, aut Michaëlis Dens. Ejus Codicis honorificamentio est in Decreto Gratiani correcto jussu Gregorii XIII. Papæ. Videtur ille multùm præcessisse Toletanos duos sæculo undecimo scriptos; & Wigilantium S. Amiliani, atque Hispalensem, qui intra decimum scripti fuerunt. Immo cum Ecclesia & civitas Lucensis (dicta *Lugo* apud Gallæciam) nunquam aut vix occupata fuisse credatur à Sarracenis; videtur Codex ille perstitisse in ipsa à tempore circiter Concilii Lucensis celebrati Erâ DCVII. idest anno Christi DLXIX. Ac forsan illud ipsum exemplar dictatum fuit, aut ordinatum à S. Martino Bracarenfi Episcopo, qui tunc florebat, & tribus post annis interfuit Concilio Bracarenfi II. Nimirum idem Martinus eo tempore elaboravit Collectionem Canonum Orientalium, eamque misit ad idem Concilium Lucense, & Episcopum Nitigesium, qui præerat. Credibile autem est, ut qui collegit Canones Orientales, & è Græco in Latinum vertit, ac tradidit Lucensi Ecclesiæ; pariter eidem traderet Collectionem Latinorum Conciliorum, Canonum, & Epistolarum Decretalium, quæ in illo exemplari vetustissimo Lucensi habetur. Continet verò Epistolas CIII. Decretales. In iis multas veterum Pontificum à Clemente usque ad Syricium (ac forsan puriores, & sine assumentis aut centonibus postea adjectis) scriptas, sicuti existant in reliquis exemplaribus, quibus D. Loaisa usus fuit.

IX. Idipsum servandum curavimus circa Præfationem Collectionis Isidorianæ juxta Mss. Vaticanæ bibliothecæ; præsertim juxta Codicem 630. optimæ notæ, scriptum anno circiter octingentesimo sexagesimo, tempore Nicolai Papæ I. in cujus Epistolis desinit. Præfationem verò ipsam, quam recentes Conciliorum editiones primo loco ponunt, pariter præmittendam censuimus, & explanandam, ac vindicandam, quantum licuit, ab objectis, quibus plerique criticorum stylum exactuunt contra illam, quasi scriptam à quopiam Isidoro Mercatore, quem *nebulonem impudentissimum* nonnulli appellant: cum tamen, potiori saltem sui parte, scripta videatur à S. ISIDORO Archiepiscopo Hispalensi, vero auctore illius Collectionis Epistolarum Decretalium & Conciliorum usque ad Concilium II. Hispalense, cui ipse præfuit anno epochæ Christianæ DCXIX. Eâ occasione Epistolas veterum Pontificum usque ad Syricium Papam in ea contentas, saltem ad Hispanos scriptas, ex instituto tuendas recipimus (licet cum delectu & moderatione) in Apparatu hujus primi voluminis satis longo, nec minus laborioso.

X. Et certè magno animo aut ausu opus fuit, ad eam provinciam adedè difficilem suscipiendam, in qua non modò cum Heterodoxis, sed & Catholicis eruditioribus decertandum fuit: ut propterea aliqui eorum, etiam amici, ægrè tulerint conatum nostrum ad tuendum causam adedè desperatam, ut ipsi censent. Verùm nihil moror frequentius eruditorum judicium, aut fortasse præjudicium, adversus partem nondum auditam. Evolvant, quæso, patienter Dissertationes ejus Apparatus: & fortasse concedent in nostram sententiam, aut saltem quæstionem in medio relinquent. Quod si adhuc opinio aut fama nostra (quantula demum cumque est) alicui periculo, aut temeritatis notæ apud delicatiores quosdam aut morosos exponatur; tolerandum id, aut dandum censuimus venerandæ antiquitati, & præjudicio tot sæculorum circa ea sacra monumenta, quorum *ἡνωσμένα*, sive *ἀνδενήαν*, nemo in dubium vocavit usque ad medium sæculi præcedentis, quo critice liberior initium habuit circa quævis sacra monumenta, eo successu & licentia plurimorum usque ad nostram.

nostra tempora, ut jam aliqui, vel in libros à Deo revelatos in utroque Testamento, ejusmodi censoriam virgam ferre non metuant. Certè audaciam talem reprimere oportet, ac critice certis terminis circumscribere, ne impune vagetur, aut extra orbitam debitæ moderationis profiliat.

XI. Apparatus itaque totius Operis satis vasti, impenditur in explanationem ac vindicias, tum Præfationis & Collectionis Isidorianæ Conciliorum: tum Epistolarum ad Hispanos, priscis Pontificibus adscriptarum, usque ad finem tertii sæculi, quæ in ea habentur. In eum scopum collimant Dissertationes quatuordecim Historicæ, Chronologicæ, & Criticæ, quibus Hierarchiam Ecclesiasticam, Præmum Sedis Apostolicæ, honorem Pontificum octavi & noni sæculi quodammodo impetum à nonnullis Catholicis, & sacrorum Canonum observantiam, tum ex testimoniis totius antiquitatis Christianæ, tum varia ac multiplex eruditione, stabilire & illustrare curavimus. Dissimus quoque de primis Hispaniæ Conciliis, quæ tribus primis Eræ Christianæ sæculis celebrata volunt nonnulli, ab ipso ferè tempore S. JACOBI: eaque occasione visum fuit obiter confirmare ipsius prædicationem in Hispania selectis quibusdam observationibus, adversus nuperos illius impugnatores. Deinde prolatis in medium Epistolæ SS. Pontificum, Anteri, Lucii I. Xysti II. Dionysii, & Eutychiani ad Hispanos; examinatur illarum *γνώσεις* aut *νοήσεις*; eximunturque scrupuli, ob quos illarum auctoritas apud eruditos nutare solet. Denique de ordine servato in Conciliis Hispaniæ celebrandis, & qualiter in iis se haberent Episcopi, presbyteri, ac diaconi, qualiter etiam Reges initio ac fine cujusque Synodi, sermo est.

XII. Hinc transitus fit ad Concilium Eliberitanum, celebre quidem in Ecclesia ab ineunte quarto sæculo: sed multò celebrius ab eo tempore, quo impugnatum à multis, non modò Heterodoxis, sed & Catholicis, divino vir ingenio & eruditione incomparabili, ac subactò judicio, nobilissimus juxtà ac piissimus D. Ferdinandus de Mendoza, tuendum recepit, initio ferè Pontificatûs Clementis VIII. ad quem libros tres Commentariorum ea de re direxit.

Editi fuerunt jussu PHILIPPI II. prudentissimi ac potentissimi Regis; & vix prælo egressi admiratione impleverunt non modò omnes viros Hispaniæ doctos, sed eruditos quosque Italiæ ac Galliæ, tam brevi ac felici omnium exemplarum distractione, ut, teste V. Cl. Philippo Labbè Tomo I. Collectionis Conciliorum col. 1007. vix aliquod inveniretur, nisi apud rarissimos quosdam, veluti thesaurus inæstimabilis, & auro contra non carus. Vide To. I. paginâ 240. ubi & illius verba exscribimus, & pluribus elogiis prosequimur eosdem Mendozae Commentarios, quibus in simili materia nihil doctius, tersius, aut eruditius, solâ aspexit.

XIII. Negari non potest, eodem tempore quo Mendoza, gravissimum virum D. Gasparum Loaisam, Regium PHILIPPI III. Magistrum, & postea Archiepiscopum Toletanum, in sua Conciliorum Hispaniæ Collectione recudisse, ac Notis illustrasse, & defendisse Synodum Eliberitanam. Verùm parcè id & obiter præstitit, sicuti & circa reliqua Concilia veluti qui omnia prælo edenda receperat unico volumine, & non poterat circa singula divagari. Mendoza autem collectis ingenii doctrinæque viribus, unicè incubuit eidem Concilio illustrando ac tuendo, eâ ingenii subtilitate, eruditione sacrâ ac profanâ, & crisi aded exactâ (profus mirâ eo tempore) ut omnibus aliis in ea parte longo excessu palmam præripuerit, & sit *velut inter ignes luna minores*.

XIV. Cùm jam omnia ferè exemplaria ejus Concilii celeberrimi cum Mendozae Commentariis disparuissent, aut recondita essent in pretiosissimis quibusdam bibliothecis, Cl. V. D. Emmanuel Gonzalez, condiscipulus noster Salmanticæ in studio utriusque Juris, sub Illustrissimis Præceptoribus D. Martino de Hontiveros, & D. Francisco Ramos del Manzano, ubique notis, ac postea celebris Canonum Professor, & Regius Consiliarius in supremis Senatibus Fidei ac Justitiæ, eadem locupletanda curavit Notis laudati Loaisæ, Severini Binii, Gabrielis Albaspinæi, & Francisci Coriolani: quibus præterea proprias addidit longè uberiores: ut proinde ex omnibus iis justum volumen consurgeret, quod luci publicæ dedit Lugduni ann. MDCLXV. & ab omni-

bus doctis hominibus, tam intra quàm extra Galliã, cum plausu receptum fuit, ac laudatum apud Ephemeridas Eruditorum Parisiensium anni *αμικας* sequentis MDCLXVI. Typographorum verò culpa fuit, quòd editio illa innumeris erratis deformata prodierit, uti hodie apparet.

XV. Fidelius longè Commentarios Mendozæ expressit paullò postea Philippus Labbè Tomo I. laudatæ Collectionis Conciliorum an. MDCLXXII. seorsum tamen à Notis Loaisæ, Bini, & Albaspinæ; prætermisiss omnino recentioribus iis D. Emmanuelis Gonzalez; licèt omnes eæ simul septennio antea Lugduni prodissent. Fortassis politissimo illi Collectori salivam movit, aut fastidio fuit tam frequens, immo densa erratorum multitudo, quæ in iis passim occurrit vitio Typographorum.

XVI. Nunc autem in Collectione hac curavimus, tam Commentarios Mendozæ, quam omnes prædictorum Notas, & præsertim doctissimi Gonzalez (quæ pluribus ejusmodi nævis scatebant, & ob insignem pietatem, modestiam, eruditionemque omnimodam auctoris, quasi jure suo exigebant accuratorem editionem) emendatissimè recudi, & ordine debito collocari post unumquemque Canonem. Adjecimus præterea plures nostras, sed breves, veluti spicas quasdam à messoribus iis relictas, præsertim ad mores corrigendos, & Ecclesiasticam disciplinam, quoad fieri possit, instaurandam. Etenim conditio rerum præsens ea est plerumque, & aded miseranda, in quolibet ferè hominum genere, ut lectis Canonibus hujus Concilii, aliorumque Hispaniæ Tomo II. exhibendorum, & consideratâ innocentia vitæ, austeritate disciplinæ, rigore pœnitentiæ, ac puritate religionis erga Deum (quæ tunc longè ac latè florebant in Christianis omnibus, præsertim Ecclesiasticis) passim amplissima sit lugendi occasio, & instaurandi quodammodo in lectorum animis scintillam aliquã illius ignis, qui tot sæculis arsit.

XVII. Itaque data aut accepta occasione ex Canonibus horum Conciliorum, studemus promovere veterem illam pietatem, quatenus præsens rerum status finit, & antiquos revocare mores, à quibus mirum quantum distamus. Curæ quidem est in
hoc

hoc Opere plurima exhibere ad criticen sacram, Historiam Ecclesiasticam, Chronologiam, & eruditionem spectantia. Verùm potior ratio, & præcipuum studium nostrum, sicut & prædictorum interpretum, fuit confirmare Fidei ac traditionum Apostolicarum dogmata (quæ maximè illustrantur Canonibus istis) & disciplinam Ecclesiasticam, ac doctrinam moribus corrigendis aptiorem tutioremque, jamdiu impetitam novis & laxis opinionum commentis, tueri, & veluti postliminio revocare. Utinam Deus piissimus, qui nobis, indignis licèt, ac peccatorum pondere pressis, desiderium hoc assiduum concedere dignatur, aliquem illius fructum donet, ad gloriam nominis sui, & totius Ecclesiæ utilitatem. Vide præsertim Tomo II. Dissertationes VIII. IX. & X.

XVIII. Sanè non aliter expleremus partes officii nostri, sive hujus eximiæ dignitatis, ad quam occulto Dei judicio, aut volentis, aut permittentis, exiguitatem nostram evexit sanctæ memoriæ Pontifex, & rerum gestarum gloriâ clarus, INNOCENTIUS XI. Cùm enim Cardinales ex vi muneris sint intimi Consilarii & Coadjutores Romani Pontificis (uti declarat Innocentius III. cap. *Per venerabilem. Quæ filii sint legitimi*) non in ordine ad bonum regimen, aut reformationem unius provinciæ aut regni tantùm, sed totius Orbis Christiani; debent omnes provirili laborare opere, verbo, ac scriptis, in eundem scopum; ac studium & curam suam, doctrinamque salutarem, tutiorem, imitationi Christi aptiorem, sacris Canonibus conformiorem, ac proinde severiorem, porrigere, non in unam tantùm vel aliam Ecclesiæ partem, sed in totam illam, quàm longè ac latè patet. Quid spectat illud S. Bernardi de Cardinalibus Epist. CLXXXVIII. *Nulli dubium, quin ad vos SPECIALITER spectat tollere scandala de regno Dei, surgentes spinas succidere, sedare querelas.* Quæ autem scandala majora esse possunt, quæ spinæ nocentiores, quàm opinionum laxarum, abducentium homines in viam perditionis lätam? Ut proinde post Apostolos, Romanos Pontifices, ac præcipuos & primarios Ecclesiæ Doctores, in Cardinalibus speciatim locum habeat sententia illa Christi Domini: VOS ESTIS SAL TERRÆ. Quam

Chrysoſtomus Homilia XV. in Matthæum ita exponit: ἡ γὰρ τῆς Παλαιστίνης διδασκάλους εἶπον, ἀλλὰ τῆς γῆς ἀπίστους· καὶ ἔχ' ἀσπλῆς διδασκάλους, ἀλλὰ καὶ φοβεροὺς. *Non enim illos Palestine doctores esse dicit, sed TOTIUS TERRAÆ: nec simpliciter doctores, sed severos atque terribiles.* ut vertit Annianus.

XIX. At cur severos? cur terribiles? Subibunt enim odium hominum ferè omnium, quibus mollis & laxa doctrina placet; severa autem & austerior horrore est. Verùm timorem hunc statim eximit Chrysoſtomus ipse subdens: Τὸ γὰρ δὴ θαυμάσιον τῷ τόθῳ, ὅτι ἢ κλακύνοντες, ἢ δὲ διεγρίνοντες, ἢ ἀλλ' ὀπίσθροντες, ὡς ἔφ' τὸ ἄλλο, ἢ πο ποθῶν ἅπαν γρόναισι. *Hoc est enim mirabile omnino: quòd non aduantes, neque palpantes, sed ex aduerso, SALLIS INSTAR URENTES, ferè omnibus se tam desiderabiles reddiderunt.* Quod ipsum contigit non solum priscis illis Cardinalibus, qui in Conciliis (præsente aut probante Romano Pontifice) sacros Canones austeriori disciplina plenos, & urentes instar salis, instituendos curarunt: sed etiam posterioribus, quotquot ferè ab ineunte hac secunda chiliade annorum Eræ Christianæ floruerunt sanctitate ac doctrina.

XX. Exemplo fiat (præter alios) Cardinales sanctissimi, Petrus Damiani, Bonaventura, & Carolus Borromæus. Quisnam in hac mundi quotidie labantis senecta, tenacior fuit Ecclesiasticæ disciplinæ, ac severitatis sacrorum Canonum, quantum sinebat rerum conditio suo ipsorum tempore? Vitæ, res gestæ, & scripta eorum, id abundè testantur. Unde Bonaventura in Confessionali cap. 3. simul cum Cardinali Ostiensi lib. 5. titulo *De pœnitentiis & remissionibus*, inquit: *Vix nomen sacerdotis meretur, qui Canones Pœnitentiales ignorat.* Nimirum, illos, quibus acerbissimæ & longissimæ pœnæ pro peccatis indicebantur à sanctis Patribus: quamvis illæ tot sæculorum cursu valdè exoleverint, nec à quoquam privata auctoritate fructuosè instaurari possint & imponi, quatenus ex solo jure Ecclesiastico ortæ sunt. At quamvis plerisque hominibus ætatis illius initio

horrorem aut odium incuterent, postea salutem attulerunt, & amorem erga auctores, ac venerationem reportarunt. Sanè qui attentius evolverit Damiani scripta, & S. Caroli Concilia Mediolani habita, inveniet ardentissimum studium sacrorum Canonum servandorum, & austerioris disciplinæ in iis traditæ. Posterior ex iis in Concilio VI. Mediolanensi ait: *Exulcerantur animi quorundam discitantium: Non ferunt hæc tempora veterum Canonum & antiquæ Ecclesiæ medicamenta. Inimò ardentius prosequamur: quoniam hæc una medicina præstantissima est, maximeque opportunum id remedium: ut quibus olim rationibus disciplina Ecclesiastica sata & propagata fuit, iisdem ipsis & instauretur & propagetur.* Hæc ille contra inanes exceptiones aliquorum, quos **FILIOS PERDITIONIS** vocat. Insuper idem S. Carolus hanc regulam præscribit valdè notandam: *Confessarius Canones Pœnitentiales scias oportet: nam quamvis illi possint & debeant secundum prudentis & timorati confessarii arbitrium mitigari, prout pœnitentis contritio, personarum qualitas, diversaque conditio, aliæque circumstantiæ exigent; utilissimum tamen est, SEMPER ISTOS CANONES PRÆ OCULIS HABERE, ET AD EOS TANQUAM AD RÈGULAM RESPICERE, QUANTUM EXPEDIRE VIDEBITUR.* Vide alia apud ipsum.

XXI. Laudandus quoque est eodem titulo doctissimus Cardinalis Bellarminus: qui variis locis, præsertim in aureo illo Opusculo, sive Epistola ad nepotem suum Episcopum Theanensem, disciplinam veterem sacrorum Canonum, laxitate novarum opinionum extenuatam atque impetitam, instaurare curavit. Verba illius præcipua exhibeo: *Si quis velit in tuto salutem suam collocare, is omnino debet certam veritatem inquirere, & non respicere quid multi hoc tempore dicant aut faciant. Et si rei certitudo non possit ad liquidum apparere, debet omnino tutiorem partem sequi, & nulla ratione, nullius imperio, nulla utilitate temporali proposita, ad minus tutam partem declinare. Agitur enim de summa re, cum de salute eterna tractatur: & facillimum est, conscientiam erroneam exemplo aliorum induere, & eo mo-*

do,

do, conscientia non remordente, ad eum locum descendere, ubi vermis non moritur, & ignis non extinguitur.

XXII. Hæc scribebat piissimus ille Cardinalis sub initium hujus sæculi, quando Probabilismus nondum radices miserat. Quid diceret longè postea, ubi tot monstra opinionum adversus Moralem Christianam, & disciplinam Ecclesiasticam ac Canonicam; eruperunt? quarum quadraginta quinque Alexander VII. jure meritò damnavit; sexaginta quinque Innocentius XI. & duas alias præcipuas peccati philosophici, ac præcepti dilectionis divinæ negati, Alexander VIII. ut alias mittam ejusdem furfuris.

XXIII. Bellarmini vestigia tandem aliquando pressit eruditissimus Cardinalis Sfortia Pallavicinus, ejusdem Societatis. Nam licet in decursu vitæ Probabilismo cum pluribus aliis adhæfisset, postea re maturius consideratâ, & lectis quibusdam libris doctissimis de eodem argumento, us subscripsit, & testimonium ingenuum suæ retractationis dedit R. P. Nicolao Mariæ Pallavicino, Examinatori Episcoporum, nuper vitâ functo: cujus attestationem fidelè ea de re apud se retinet modò Reverendissimus P. Thyrsus Gonzalez, Generalis Societatis JESU, Primarius olim Theologiæ Professor in Salmanticensi Academia, eandem ferè utriusque Cardinalis sententiam ex instituto sequens, cum Michaële Elizalde, aliàs Cella-der, & multis aliis doctis hominibus ejusdem Instituti, quorum scripta parantur suo tempore in lucem proditura. Præluxit verò us non parum olim Mutius Vitellæscus, Generalis ejusdem Societatis, in celebri illa Epist. ad suos scripta an. MDCXVII. die 4. Januarii.

XXIV. Verùm prolixus essem, si omnes DD. Cardinales Probabilismi illius laxi inimicos, & tutorum, aut saltem palam probabiliorum sententiarum tenaces, tam factis, quàm scriptis, jam vitâ functos, nominare vellent. Inter tam multos eorundem qui ante aut post Cajetanum, usque modò sanctitate aut doctrina insigni floruerunt, vix (credo) invenietur aliquis, qui aliter senserit aut docuerit. Ex us qui sæculo præcedenti floruerunt, legendus imprimis Cajetanus, qui in Summa, præsertim verbo *Opinio*, videtur præcidisse caput

Probabilissimo antequam nasceretur. Verùm cum longè postea, anno circiter MDLXXVII. infauftis avibus natus fuisset; eodem tempore S. Carolus Mediolani, & in prima editione Cardin. Toletus Romæ, eam morum doctrinam tradebant, quæ datâ operâ videretur scripta ad infelicem illum fœtum in cunis suffocandum. Idipsum serè egit Cardinalis Palæottus in aureo illo libro *De sacris consistoriis*, ubi eruditè & eleganter Cardinales admonet sui officii, & libertatis sacerdotalis, quâ se gerere ac loqui debent, contra quàm sentire videbantur aliqui eo tempore sub finem sæculi præcedentis. Piissimus quoque & eruditissimus Cardinalis Bona, quo erat zelo honoris divini & disciplinæ Ecclesiasticæ, Probabilissimum extirpandum curavit, sicuti & celeberrimus Cardinalis Franciscus Barberinus, Sacri Collegii Decanus, qui ad damnationem centum decem opinionum laxarum sub Alexandro VII. & Innocentio XI. plurimum inter alios Cardinales contribuit. Inimò & ex iis qui modò superstites sunt, tam intra quàm extra Urbem, præstanti pietate & eruditione conspicuis, ac toti Orbi Christiano notis, quorum iudicia ac sententiæ mihi frequenter colloquio, ac variis congressibus innotescunt, nemo est (quantum capio) qui tam in-theoria, quàm in praxi, non censeat sequendam omnino esse sententiam tutiorem, vel saltem longè verioreni ac probabiliorem. Atque in sacris hisce Congregationibus quotidie occurrunt innumeræ causæ, quarum decisio ex sacris Conciliorum Canonibus pendet. Ubi autem variæ auctorum occurrunt sententiæ, illa omnino præfertur, quæ, omnibus hinc inde consideratis, tutior videtur, aut juri & æquitati longè conformior. Lege interea Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalem Lauræam Tomo IV. in librum III. Sententiarum Disp. XIV. num. 254. & latius Tomo II. Disp. XI. art. IV. per totum.

XXV. Nimirum, hic fuisse videtur sèper spiritus Ecclesiæ, tam in Pontificibus Romanis, Cardinalibus, & Episcopis, quotquot Canones Conciliorum ediderunt, quàm in iis qui pietatis & doctrinæ laude illos usque modò imitati sunt. Unde ante & post Pontificatum laudati Alexandri VII. mirum est quo zelo, qua eruditione & constantia, quamplurimi Episcopi

præstantissimi nominis, partim vitâ functi, partim
 Superstites, Probabilissimum luxuriantem represserint.
 Quot Concilia ab eo tempore in Gallia contra
 illum usque modò celebrata sunt, unanimi Patrum
 congregatorum suffragio, à Merbesio & aliis exscri-
 pta? Quot conventus Episcoporum, Doctorem cla-
 rissimæ Sorbonæ, ac Parochorum Parisiensium, Rho-
 thomagensium, aliorumque, ad illum exterminan-
 dum, & ad proscribendam famosam illam Apolo-
 giam Casuistarum, conspirarunt?

XXVI. Quin. & antea, tempore Urbani VIII.
 quatuor Galliarum Archiepiscopi, & duodecim Epi-
 scopi, die quinta Aprilis anno MDCXLIV. scripserunt
 doctissimam illam Epistolam ad eundem Pontificem,
 quæ omnium ferè in manibus teritur: in qua ita lamen-
 tantur laxitatem morum suo tempore grassantem
 ex licentia opinionum: *Divinorum Sacramentorum
 usus, qui sacer omnino ac salutaris esse debet, in perni-
 ciosum ac piis omnibus deplorandum abusum sepiissime
 convertitur. Depravatis denique ac corruptis mori-
 bus, blandimenta potius, atque opera, quàm sa-
 lubria remedia comparantur: UT EX SENTEN-
 TIIS EX LIBRIS ILLORUM FIDELITER
 EXCERPTIS nemini non apertum atque explora-
 tum esse potest. Deinde suum vehemens desiderium
 significant ad corruptelas morum expurgandas, ef-
 frenatamque illam quorumlibet flagitiorum, quæ
 nunquam tanta fuit, licentiam, AUGMENTIBUS
 EAM IN DIES NOVIT IIS QUIBUS DAM CA-
 SUUM CONSCIENTIAE ARCHITECTIS.*

XXVII. Similiter Octavius Archiepiscopus Se-
 nonensis in literis eodem anno ac die datis ad Emi-
 nentissimum Cardinalem Franciscum Barberinum
 inquit: *Eò mollities animorum, ac discipline elan-
 guescentis dissolutio processit, ut jam de vera peniten-
 tia, ac sincero amore Dei loqui, penè sit nefas. Hoc
 videlicet artificium humani generis hostis excogitavit,
 quo fatigantis religionis degenerem illam laxitatem
 pro ipsa religione obtruderet, quasi à diverticulis ad
 viam regredi, à via aberrare sit. Ita aliter
 quorumlibet licentia flagitiorum, ita crux Christi eva-
 suatur: jam enim crimen ludus est, & penitentia
 simini datur. Hæc ille, & plura similia alii Episcopi*

in Epistola alia ad Innocent. X. data anno sequenti MDCXLV. die 21. Julii adversus prædictam laxitatē.

XXVIII. Quibus verbis zelo & severitate plenis, illam damnaverint, inter plurimos alios Præfules, Eminentissimus Cardinalis de Janson, tunc Diniensis Episcopus, & Illustrissimus Archiepiscopus Parisiensis de Harlai, tunc Rhotomagensis, satis notum est, & ego possem hoc loco utriusque verba ac judicia *& mōdō* exprimere, si necessum esset. Quot laudes audiuntur Summæ illius Moralis, sex brevibus Tomis comprehensæ, & toties recusæ, hortatu aut jussu Eminentiss. DD. Cardinalium, Grimaldi Archiepiscopi Aquensis, & de Camùs Episcopi Gratianopolitani! quamvis mihi hæctenus non fuerit otium pervolutandi illam, sed solum partem libandi. In ea veid passim ferè ex puris sacrorum Canonum ac SS. Patrum fontibus theses morum adversus Probabilistarum commenta proferuntur. Id ipsum cernere est in Summa Christiana citati Merbesii, duobus magnis voluminibus comprehensâ, & edita sub auspiciis Illustrissimi D. Tellier Archiepiscopi ac Ducis Rhemensis: quæ (solum obiter à me lecta) videtur catena ferè continua Moralis Christianæ, ex Canonibus Conciliorum, & locis Sanctorum Patrum contexta, adversus laxones quoslibet. Neminem prodo, neminem nomino: generatim loquor de iis, quicumque demum sint, sive communi aura fruantur adhuc, sive jam diem obierint.

XXIX. Sed & laudandus est maximè inter Regulares clarissimus Ordo S. Dominici, qui hortatu laudati Alexandri VII. vexillum extulit adversus Moralem laxam, per doctissimos alumnos suos, Joannem Martinez de Prado, Julium Mercorum, Vincentium Baronium, Vincentium Conterisonum, Pichinardum, Gonetum, aliosque similes. Inter quos nuperrimè Natalis Alexander, id ipsum promovit decem voluminibus editis *Theologiæ Dogmaticæ & Moralis*, præsertim haustæ ex SS. Patribus. Et meritò quidem ita se gessit prædictus Ordo; cum nihil aliud discere potuerit ab incomparabili magistro suo Doctore Angelico, immo & ab Augustino, ac cæteris SS. Patribus, quorum germanam mentem circa Fidem ac mores, ille divino ingenio & admiranda
cla-

claritate explanavit, atque in methodum red-
egit.

XXX. Idem ferè dixerim de multis Religioni-
bus, præsertim militantibus sub Regula ejusdem
S. Augustini, S. Francisci, & Carmelitarum, aliis-
que. Multi enim viri doctissimi ex iis, intra & ex-
tra Urbem, in lucubrationibus suis, partim scriptis,
partim editis, student, ac studuerunt Probabilismo
frænum imponere, abjectâ regulâ illâ Lesbiâ, &
malè fidâ, quâ plerique à fine ferè sæculi præceden-
tis abducebantur, & feruntur adhuc, *non quò eun-
dum est, sed quò itur*, ut Senecæ verbis utar. Ex solo
Ordine S. Augustini, nunc Romæ habemus Illustris-
simos duos Episcopos, Ignatium de la Zerda Aquil-
lanum, & Lambertum le Drou Porphyriensem, ac
Reverendis. M. Henricum de Noris, Bibliothecæ
Vaticanæ Præfectum: ut mittam Magistrum Fran-
ciscum Fervacques, celebrem olim Professorem Lo-
vaniensem, & Joannem Schweizers Doctorem
Coloniensem: qui verbo ac scriptis refellunt ean-
dem licentiam opinandi. Idipsum accidit plerisque
Patribus, ne dicam omnibus, Præmonstratensibus, &
Congregationis Oratorii in Gallia ac Belgio, sicut
& Patribus Missionis.

XXXI. Id etiam curârunt hoc tempore non-
nulli celebres Scriptores, aut Doctores Benedictini:
veluti in doctissima & observantissima Congregatio-
ne S. Mauri Galliarum Joannes Mabillon, Tractatu
De studiis monasticis, parte secunda cap. 7. Gabriel
Gerberon toto ferè libro *De vero Pœnitenti*. In Con-
gregatione Helvetica Illustris. D. Cælestinus Sfond-
dratus Abbas S. Galli, & S. R. I. Princeps, in Dispu-
tatione Juridica *De lege in præsumptione fundata*,
quam edidit Salisburgi anno MDCLXXXI. dum
esset publicus sacrorum Canonum in ea Benedictina
Academia Professor (quæ plurimum Doctorum con-
sensu Probabilismum refellit) pariter illum impu-
gnavit pag. 15. & seqq. Sunt & alii plures ejusdem
sententiæ in diversis Congregationibus Benedictinis
Italiæ, Galliæ, ac Germaniæ. Quantum verò stu-
dii collocaverit laudatus Princeps Sfondratus, non
modò in Theologia, sed in sacris Canonibus, unde
doctrina morum solida eruitur, satis ostendunt cele-
ber-

berrimi ipsius libri, qui præ manibus eruditorum omnium summa cum laude versantur.

XXXII. Verùm longè antea in Congregatione Benedictina Hispaniæ non defuit qui doctrinis Casuistarum laxis antidotum pararet : ac primus quidem (quantum capio) Reverendissimus D. Facundus de Torres, ejus Generalis, & postea Archiepiscopus Insulæ S. Dominici ac Primas Novæ Hispaniæ, in sua Philosophia Morali edita circa annum 1629. atque in alio libro Ms. adversus laxas Recentiorum opiniones, exstante nunc in insigni bibliotheca Regii ac celeberrimi monasterii S. Facundi, ubi Abbas fuit. Anno MDCLIII. vivente adhuc Innocentio X. electus fuit Generalis ipsius Reverendiss. Magister D. Bernardus Hontiveros, Primarius Theologiæ Professor in Ovetensi Academia, Theologus Majestatis Catholicæ, ac Consultor Supremi illius Fidei Senatûs, vir spectatissimæ pietatis ac sublimis doctrinæ. Is ab eo tempore acerrimè invehebatur adversus laxas Casuistarum opiniones, & lectionem quorundam ex iis vetabat subditis ac discipulis, inter quos ego numerabar. Postea anno MDCLVIII. fuit electus Episcopus Ecclesiæ Calagurritanæ, eodem tempore quo præerant, Oxomeni D. Joannes de Palafox, & Placentinæ D. Ludovicus Crespi. Tres ii Præsules doctissimi pariter, & vitæ exemplarissimæ, famâ ac scriptis insignes, hortatu Eminentissimi Cardinalis D. Balthassaris de Moscoso & Sandoval, Archiepiscopi Toletani (cujus memoria pariter in benedictione est) cœperunt communi consilio exagitare Probabilismum, tunc longè ac latè grassantem. Hontiveros speciatim scriptis suis ea de re titulum dederat : LACRYMÆ MILITANTIS ECCLESIAE. Verùm anno MDCLXII. initio Novembris, fractus mortificationibus, studiis, ac laboribus, circumstante ac flente toto clero illius Ecclesiæ, & pauperibus ejulantibus tam pii patris obitum, immortalis fuit Operi nondum perfecto, quod proinde in lucem edi non potuit. Idem ferè acciderat Palafoxio, qui triennio antè sanctissimè obierat : id est anno MDCLIX. die tricesima Septembris. Unde licet tot libris antea editis, sparsim perniciosas ac laxas quorundam

Recentiorum opiniones impugnâset, non potuit perficere volumen aliquod ex instituto in eundem scopum. Denique Episcopus Crespius distentus occupationibus variis, & legatione Majestatis Catholicæ in Urbem pro causa Conceptionis, solum potuit edere Disputationes Morales selectas adversus Casuistas & laxos, prurientes auribus, & nominatim præcipuè adversus D. Caramuelem. Obiit verò magna sanctitatis opinione relicta eodem circiter an. MDCLXII.

XXXIII. Ab iis præstantissimis Episcopis, & scriptoribus variis instructus, paucis pòst annis cœpi dubitare de securitate illa, quam nobis plurimi alii pollicebantur in usu opinionum quarumlibet probabilium. Eò usque enim communi ferè sensu aut præjudicio abductus, in Probabilismo, veluti in pulvino, molliter quiescebam: & plerumque studium meum (ita ingenuè fateor) situm erat in examinando potius an aliquid esset probabile, quàm in vestigando an esset verum. Detectâ enim probabilitate, nullatenus dubitabam me posse illud in praxi sequi, aut aliis consulere. Unde & in Theologia Florulenta, quam edidi Salmanticæ anno MDCLXVII. Ludo V. præsertim à num. 70. usque ad 98. tota mihi cura fuit in examinandis conditionibus opinionis ab uno Doctore pio & docto traditæ adversus communem aliorum, necessariis ac sufficientibus, ut illa probabilis censeatur. Hoc enim semel statuto, non dubitabam licitum esse ipsius usum, adhuc postquam Alexander VII. anno MDCLXVI. damnaverat XLV. propositiones, & in iis illam numero vicepsimam septimam: *Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censei probabilis; dum non constat rejectam esse à Sede Apostolica ut improbabilem.* Hanc ipsam thesim per se spectatam ibidem latè impugnaui, sicuti & nimiam licentiam opinandi circa doctrinam morum: quam in rem memoravi num. 79. ea ferè ipsa quæ paulò antea protuli de Illustrissimis Episcopis Calagurritano, Oxomensis, ac Placentino.

XXXIV. Nec processu ulterius ad quærendum, an dato quòd opinio aliqua sit probabilis, liceat omnino illam sequi in praxi, aut aliis consulere, relicta probabiliore aut tutiore. De hoc enim nemo

tunc Salmanticæ dubitabat. Usque aded invaluerat Probabilismus ibidem, quamvis pauld ante Magister Joannes Martinez de Prado, & Vincentius Baronius, ambo Dominicani, scriptis editis impugnâssent longè ac latè D. Caramuelem, & rejecissent usum opinionis minùs probabilis faventis libertati in concursu probabilioris stantis pro præcepto. Nulla enim serè ratio utriusque laudati scriptoris habebatur in ea parte, ob multitudinem innumerabilium aliorum liberiùs scribentium: ut possent ii duo dicere cum Poëta: *Obruiunt numero.*

XXXV. Cœpi itaque rem maturiùs examinare, ab anno circiter MDCLXXI. usque modò, lectis ultra prædictos, multis auctoribus recentibus, qui hinc & inde controversiam hanc gravissimam profigârunt ex instituto. Deprehendi verò ingens periculum salutis in sectando aut consulendo aliis Probabilismo, sive usu cujuslibet opinionis minùs probabilis faventis libertati, in concursu alterius probabilioris adhærentis præcepto. Idem mihi altè insedit ubi utraque apparet probabilis æquè aut circiter. Manet enim adhuc res verè dubia, & incertum omnino, an actio vel omissio sit contraria legi æternæ, nec ne: quicquid plerique recentiorum distinguant inter dubium speculativum & practicum. Hanc enim distinctionem quoad controversiam præsentem, plurimi alii à triginta circiter annis usque modò, doctissimè rejecerunt. In dubiis autem, & spectantibus ad æternam salutem, eligendam esse tutiorem partem; jura clamant, & prudentia ac lex charitatis divinæ de propria & aliorum salute, palam dicat. Unde illud S. Augustini Homil. XIV. inter quinquaginta: *Tenendum certum, dimittendum incertum.* Ac libro primo *De Baptismo contra Donatistas* cap. tertio: *Graviter peccatur in rebus ad salutem anime pertinentibus, vel eo solo, quòd certis incerta preponantur, &c.*

XXXVI. Certè nemo prudens, etiam ex Probabilistis, vitam corporis ita negligit, ut audeat uti cibo aut pharmaco solùm probabiliter sano, quod tamen æquè aut magis probabiliter censeatur noxium & exitiale futurum. Quare ne exponat se probabili, aut probabiliori periculo mortis, eligit aliud certò
inno-

innoxium, aut salutiferum. Idem ferè accidit circa rem familiarem servandam, & honores assequendos. Cur ergo vita animæ, & salus æterna, longè pretiosior, passim exponatur probabili periculo opinionum liberiorum? Nec reflexiones aliquæ, seu judicia reflexa ad auctoritatem alienam, videntur prodesse aut sufficere ad formandum iudicium moraliter certum, & necessarium de usu licito opinionis benignæ quoad bona animi, potiùs quàm corporis vel fortunæ, ubi opinio severior æquè aut magis urget. Non enim voluntas habet vim imperandi intellectui, ut iudicio reflexo censeat verum aut certum moraliter id, quod directo iudicio æstimat falsum, aut dubium, aut minùs probabile.

XXXVII. Quare reflexiones illæ ad summum possunt habere locum, & prodesse, ubi vir doctus, & prudens, præviâ oratione & studio convenienti, ac recta intentione placendi Deo, aut ipsum non offendendi, & nullo præiudicio, passione, aut utilitate abductus, diligenter inquirat veritatem pro qualitate materiæ, & debitis circumstantiis, quando concurrunt invicem contrariæ opiniones inter scriptores Catholicos, doctos & pios. Si post rem satis examinatam inveniat sententiam benignam longè ac palam prævalere opinioni austeriori, tum auctoritate & numero patronorum, tum rationibus, & plenè respondere argumentis contrariis; videtur posse formare iudicium moraliter certum de illius veritate & licito usu ac nihil curare rigidiorum aliorum opinionem, vel eam reputare ortam ex inani scrupulo. Dato enim aut permisso quòd sententia illa benignior esset falsa in re (quod circa præcepta juris naturalis aut divini vix unquam, aut ne vix quidem continget homini tam benè affecto & disposito) non dubito quin consulens aut agens excusetur à peccato, saltem gravi, ob diligentiam adhibitam, rectam intentionem, bonam fidem, & ignorantiam excusabilem aut venialem ex infirmitate humana.

XXXVIII. Quin & ita se gerens, propriè loquendo non agit ex opinione. Hæc enim ex natura sua habet annexam formidinem gravem & prudentem de honestate aut veritate rei, quam sæpissimè non assequitur, & præterea non alligatur rectitudi-

uni appetitûs, sive rationi rectæ, nec propria est
 viri probi, sed communis probo atque improbo: ut
 disertè docet Aristoteles lib. 6. Ethicorum cap. 5. nos-
 que ibidem latè exposuimus in Commentariis ejus-
 dem loci. Sed neque qui se gerit modo illo à nobis
 præscripto, agit propriè secundùm scientiam. Hæc
 enim dumtaxat est de rebus necessariis, & quæ non
 possunt aliter se habere: ut idem Philosophus ibi mo-
 net. Superest itaque ut vir pius, doctus, ac prudens,
 qui absque præjudicio ullo cum recta intentione
 & studio competenti circa agenda sibi, aut consu-
 lenda aliis intra sinum Ecclesiæ Catholicæ, ex dua-
 bus sententiis eligit illam, quæ omnibus attentè con-
 sideratis videtur vera, & rationi atque auctoritati
 longè conformior, possit illam amplecti, quamvis
 stantem pro libertate. Tunc enim agit sive eligit ex
 virtute prudentiæ moralis pressè dictæ, quatenus
 hæc differt ab opinione & scientia eo loco explicatis
 ab Aristotele. Itaque vir ejusmodi agit prudenter,
 sive cum ratione recta, supponente rectitudinem ap-
 petitûs, & propriâ viri probi; ac proinde nullatenus
 videtur aberrare à recta ratione, aut peccare, adhuc
 permisso quod in aliquo casu rarissimo, & remotissi-
 mo à primis principiis morum, materialiter erret.
 Non enim eo loco Aristoteles prudentiam definit,
 habitum agendi aut consulendi *cum vera ratione*, ut
 quidam imalè vertunt; sed, *cum recta ratione*. Hæc
 autem servatur etiam in dicto casu, admodum raro.
 nimirum perpetuò appellatur ab Aristotele *ὁ λόγος
 ὁρθός*. utpote supponens rectitudinem appetitûs,
 quæ omnino requiritur in viro prudente. Et quamvis
 non agat cum omnimoda certitudine, quæ est pro-
 pria solius scientiæ, & frustra exigeretur circa actio-
 nes morum remotè admodum pendentes ex primis
 principiis; habet tamen quandam certitudinem mo-
 ralem, quæ excludit omnem prudentem formidinem
 de opposito. Hanc certè habent aut habere debent
 quicumque propriè loquendo agunt aut consulunt ex
 opinione benigniori in conspectu opinionum circa mo-
 res æquè aut circiter sibi probabilium. Quare hi, ne te-
 merè agant aut consulant, debent sequi tutiorem
 partem. Et si secus faciant, subeunt omnino no-
 tam illam sanctorum Augustini & Bernardi, &

aliorum cum Cajetano adversus eos qui agunt ex opinione, nimirum propriè loquendo in genere morum. Qui autem agit juxta modum à nobis præscriptum, videtur omnino prudenter agere, ac liber esse ab illa nota agentium ex opinione strictè dicta: & si qua in eo formido forsàn restat circa veritatem aut honestatem actionis, est admodum levis, & quæ instar cujusdam scrupuli spernenda videatur. Sed hæc libâsse sufficiat, examinanda latius apud omnes suprâ laudatos auctores. Qui ergo post diligentem inquisitionem invenit opinionem austeriorem æquale, aut circiter, pondus habere, aut etiam majus, ac proinde veritatem rei esse speculativè dubiam; non poterit ulla reflexione formare sibi judicium moraliter certum de illius veritate, aut usu licito. Quare abstinendum erit ab opinione benigniore, & adhærendum tutiori, sive stanti pro præcepto. †

XXXIX. Hæc videtur fuisse praxis assidua sanctorum Patrum, Pontificum, ac Theologorum doctrina & pietate insignium, à tempore nascentis Ecclesiæ usque ad finem ferè sæculi præcedentis, quo cœpit reputari securus usus opinionis benignæ probabilis, in concursu opinionis austerioris æquè probabilis, aut probabilioris, per reflexiones antiquis ignotas. Sequebantur enim veteres illi, quod intra finem Ecclesiæ Catholicæ post rem maturè examinatum, oratione ac studio competenti, censebatur verum, aut moraliter certum. Et licèt ipsi sancti PP. aut Doctores celebres, aliter atque aliter circa varias quæstiones morum nonnunquam censerent; unusquisque tamen pius ac prudens id agebat vel consulebat aliis, quod post debitum examen judicabat verum, aut saltem longè conformius Canonibus sacris, rationi, & æquitati. Neque enim ampliùs exigi putabat ab homine mortali, infirmo, & ignorantis obnoxio. Alioqui sequebatur tutiorem partem. Exempla plurima possent hoc loco produci, nî quæstionem hanc gravissimam potiùs excurrendo libandam, quàm ex instituto dirimendam recepissemus.

XL. Et hoc ipsum ferè est, in quo videntur convenire scriptores ac Theologi laudati à num. XX. contra Probabilissimum differentes. Nominatim verò

† et hoc iudicio conveniens est necessarium in omni casu. ^{do}

doctissimus Cardinalis Bellarminus, verbis exscriptis num. XXI. cum Cajetano, apertè id tradit; immo & loquitur strictiùs quàm plerique ex allegatis: ut consideranti palam erit. Ac certè innocentia vitæ ipsius, candor morum, & professio minimè fucata veritatis, quæ fulget in ejus scriptis, satis denotant, eundem in agendo & consulendo non quævisse probabilia, sed vera; non dubia, aut morali erroris periculo obnoxia, sed secura & solida. Exeat nunc aliquis Probabilistarum quorundam, & propterea Bellarminum Jansenismi aut Bajanismi arguat. Hanc enim notam ex eodem doctrinæ morum severioris capite inurere ausi sunt nonnulli plurimis aliis Catholicissimis Episcopis, Prælati, Doctores, & scriptoribus, licet nullo fermento hæreseos, vel doctrinæ erroneæ aspersis, & palam rejicientibus illas quinque famosas theses, ab Innocentio X. & Alexandro VII. fulguritas, atque in iis Illustrissimo Fagnano, quo neminem in sacris Canonibus doctiorem aut celebriorem ætas nostra tuht. Meritò de iis laxionibus tam calumniosè loquentibus inquit discretissimus Contensonus to. tertio Theologiæ mentis & cordis Dissert. sexta cap. primo: *Sicut icterio laborantibus flavus semper & ubique color occurrit: ita illi quamlibet sententiam suis laxitatum præjudiciis adversam, Jansenismi & novi dogmatis ineptissimè notant.* Sed calumnia ejusmodi, dum linguano oribus quorundam injecto coërceci nequit, contemptu aut risu exhibilanda erit, juxta illud vetus adversus convitia injusta: *SPRETA EXOLESCUNT.* Ad vitandas ejusmodi injurias jam pridem decreto regio vetitum fuit in Gallia, quempiam Jansenismi notare, nisi convictum de aliqua ex quinque illis propositionibus tradita. Cumque nonnulli adhuc inirent eandem notam aliis multis, nec ostenderent aut probarent satis ubinam, quando, aut quomodo quampiam ex iis thesibus tradidissent; SS. D. N. Innocentius XII. post longissimam ejus rei discussionem, tandem in Brevi ad Episcopos Belgii expedito hoc anno MDCXCIV. inter alia edixit: *Fraternitatibus vestris, quantum in Domino possumus, presentibus nostris mandatis injungimus, NE ULLA RATIONE QUEMQUAM VAGA ISTA ACCUSATIONE,*

NE, ET INVIDIOSO JANSENISMI NOMINE
 TRADUCI AUT NUNCUPARE SINATIS, NI-
 SI PRIUS SUSPECTUM ESSE LEGITIME
 CONSTITERIT, ALIQUAM EX IIS PRO-
 POSITIONIBUS DOCVISSE, AUT TENUISSE:
*nec quemquam sub hoc pretextu repelli ab officiis, mu-
 niis, gradibus, ac concionibus habendis, vel alia qua-
 cumque functione Ecclesiastica permittatis, nisi SER-
 VATO JURIS ORDINE EAM POENAM,
 QUAE VIRIS ALIOQUIN CATHOLICIS
 GRAVISSIMA EST, COMMERSISSE PRO-
 BATUM FUERIT.* Haectenus ibi.

XLI. Itaque, ut eò redeam unde diverteram, tam
 ipsi Canones Concilii Eliberitani, quàm aliorum Hi-
 spaniæ, hisce voluminibus comprehensi, veterem il-
 lam morum doctrinam, & disciplinam Ecclesiæ au-
 steriores tradunt, à qua mirum quantum descivi-
 mus in hac mundi senecta, ac pruritu novo opinandi
 liberiùs. Nec tamen ideo probo nimium quorun-
 dam zelum, aut impetiginem, vel severitatem justo
 majorem, quàm onera intolerabilia aliis imponunt.
 Paris enim periculi est plus justo conscientias strin-
 gere, ac dilatare. Et utrobique peccari potest sub
 specie boni, aut prætextu zeli. Plerique enim re-
 centiorum nimium habenas laxant, ut homines,
 præsertim fragiles, probabili opinione fulti non pec-
 cent, licet actio ex se mala sit. Alii verò nimis strin-
 gunt, ut avertant ab omni periculo peccandi. Utro-
 bique autem valdè erratur. Moderandum id est re-
 gulis charitatis & prudentiæ Christianæ, servata illa
 mediocritate, quæ in neutrum extremum declinat.
 Quod ipsum sæpè in Notis ad hæc Concilia obser-
 vandum curavimus.

XLII. Tam verò in iis, quàm in Dissertationi-
 bus, exiguam, aut potiùs nullam rationem habemus
 monumentorum quorundam sublestæ fidei, sive
 Chronicorum, quæ sub nomine Dextri, Maximi,
 Helece, Liberati, Luitprandi, Juliani Perez, &
 Hauberti Hispalensis, à fine circiter præcedentis
 sæculi usque modò venditantur, ingenti planè detri-
 mento, & injuriâ veritatis atque historiæ rerum
 Hispaniæ: intra quam multi homines docti ab eò
 tempore, aut cum eruditissimo Mariana, & aliis ex-
 teris

teris scriptoribus rident ea commenta; aut bilem exercent, & stylum exacuant, cum D. Nicolao Antonio, celeberrimo scriptore Bibliothecæ Hispanæ, quatuor iustis voluminibus comprehensæ, quorum duo nondum edita apud me sunt, & cuiusvis aliquando publicam videbunt lucem. Quin & Cl. V. D. Emmanuel Gonzalez, qui in Commentariis ad Eliberitanum Concilium aliquam ius Pseudo-chronicis fidem adhibebat, postea, ab an. circit. MDCLXX. cœpit ea irridere, & contemptui habere, me præsentem. Itaque quicquid plurimi minùs versati in Chronologia, Historia, & Critice, dicant & vociferentur in honorem earum farraginum, à malè feriatis quorundam capitibus confictarum; nos ea solùm sectabimur & trademus, quæ antiquitati & veritati conformia sunt, aut omnino apparebunt.



PRÆMONITIO
AD LECTOREM,

PRÆMISSA TOMO SECUNDO.

I. **P**RÆTER ea quæ monui in Præfatione Tomi I. pauca quædam adjungere visum. In secundo volumine exhibeo Concilia omnia (quotquot inveniri potuerunt) celebrata in Hispania ab initio circiter sæculi IV. usque ad initium octavi, cum Dissertationibus Ecclesiasticis unicuique eorum opportunis, ac Notis, tum propriis, tum eruditissimorum quorumcumque hominum, cujuscumque nationis & statûs, quotquot inveni aliquid contulisse in scriptis circa Canones eorundem, sive ex instituto, sive solùm in transitu.

II. Idipsum ferè præstiti circa Epistolas Pontificum Romanorum scriptas ad Hispaniam toto eo tempore, quarum auctoritatem & ἀυθεντίαν nemo in dubium vocat: & si fortasse quispiam nimium delicatus in aliquam particulam unius vel alterius opponit aliquod dubium, studeo illud solvere. Circa nullam ferè earum occurrunt difficultates illæ propemodum insuperabiles, quas nobis ipsis objecimus Tomo I. adversus γυναικίαια aliarum, quæ à tot sæculis circumferuntur scriptæ nomine veterum Pontificum, usque ad tempus Syricii Papæ. Porro tot illorum argumentorum pondere pressi, sæpè diximus, ac tassi sumus, quamvis responderi iis utcumque possit, aut occurrî; adhuc aquam nobis hæere, nec negari posse, aliquibus earum saltem, aut plerisque, decursu temporis irrepsisse centones aliquos & assumenta, quibus interpolatæ fuerunt, sive ab Isidoro quodam Mercatore, ut plerique volunt, sive à Theodisco Hispanensi Antistite, quem alii censent fuisse corruptorem scriptorum S. Isidori Hispalensis, ac proinde earum Epistolarum, quas ipse censetur colligendas curasse

curâsse integras labiſque puras, ſive tandem ab aliquo ſciolo aut imperito, adhuc ignoto, qui circa finem ſæculi octavi aut initio noni eas vitiaſſet. Sed de hoc jam ſatis egimus in eodem Tomo, præfertim DISSERT. I. & IV. nec inculcare amplius oportet.

III. Itaque nemo exiſtimet nos illas integrè & quoad omnia in eis contenta recepiffe tuendas, ſed ſummùm quoad præcipua capita, & cum delectu, ut ibidem latiùs dictum eſt. Ejuſdem generis videtur Epistoſa periter vulgata nomine Sancti Melchiadis Papæ ad omnes Hispaniæ Episcopos, quam exſcribimus Tomo II. pag. 70. & ſequentibus. Licèt enim vindicemus illam à criticorum argumentis Differt. IV. poſt Severinum Binium, qui illam cenſuit germanam; non poſſumus negare, adhuc perſiſtere ingentè ſuſpicionem de ipſius interpolatione.

IV. Itaque omnes ſerè Pontificum veterum Epistoſa à nobis exſcripta Tomo I. & præterea illa Melchiadis, poſſunt pati exceptiones jam indicatas: & poſt tot objectiones ſeu difficultates propoſitas ab eruditiffimis viis intra ipſam communionem ſedis Apoſtolicæ (ut nihil dicam de Davide Blondello, & aliis heterodoxis) licèt quadantenus à nobis deſenſæ aut vindicatæ fuerint poſt Turrianum, Binium, & alios quoſpiam, adhuc ſuſpectæ ſunt de interpolationibus, aſſumentis, & parachroniſmis. Quare pauca admodum invenientur ex iis ab ea ſuſpicionem immunes, niſi fortè aliunde conſtet eſſe germanas, quales ſunt nonnullæ exſtantes apud aliquos auctores antiquos & graves, veluti S. Dionyſium Alexandrinum, Eusebium Cæſareenſem, S. Athanaſium, Theodoretum, alioſque ſimiles.

V. Cur autem Epistoſa illa Syricii Papæ ad Himerium Antiftitem Tarraconenſem exſtiterit ſemper, & modò exiſtet integra ac labiſ expers, præ aliis Pontificum antiquorum, rationem reddidimus Differt. V. To. II. pag. 126. & ſeqq. ad annum Chriſti CCCLXXXV. Quòd autem nonnulli interpolatam volunt Epistoſam Vigiliſi Papæ ad Proſuturum Episcopum Bracarenſem, rejecimus in Notis ad illam pag. 277.

VI. Moneo in antecessum hac occasione, abs dubio interpolatas fuisse cujuspiam veteratoris aut scioli manu, inter alias Epistolas priscis Pontificibus adscriptas, illam S. Callisto I. tributam, sicuti & aliam, quæ pluribus sæculis postea circumfertur scripta nomine S. Gregorii Magni ad Secundinum inclusum: ac tandem alia tributa S. Isidoro Hispanensi, ad Massanum. Nimirum eæ tres ab ineunte circiter nono sæculo censentur pariter vitiatæ assumentis quibusdam planè contrariis veteri disciplinæ Ecclesiasticæ aliis locis palam stabilitæ ab eisdem Patribus: uti cum pluribus doctissimis viris ostendo To. II. Dissert. X. Excursu III. & IV. pag. 594. & seqq.

VII. Itaque nemo existimet nos integrè sive ex toto probasse unquam, aut probare, veluti integrè germanas, omnes illas Epistolas, sive ad Hispanos, sive ad quoslibet alios, circumferri solitas in communibus editionibus & Collectionibus Conciliorum nomine prædictorum Pontificum. Vix enim unquam illas recipimus veluti omnino authenticas, & ab omni labe liberas, nisi solùm aut summùm cum eo delectu, & circumspectione, ac modo quo admittæ fuerunt ab Illustrissimo Antonio Augustino Archipræsule Tarraconensi, post Turrianum, & ab aliis quibusdam post Severinum Binium: ac tandem, si accuratè legantur quæ circa id scripsimus, inveniatur sententia nostra non multùm dissidens ab illa doctissimorum Cardinalium Baronii ac Bellarmini dubitantium de *authenticitate* earundem Epistolarum ob centones assutos ex auctoribus posterioribus, parachronismos, & testimonia Scripturæ juxta versionem Sancti Hieronymi, quæ intra quatuor priora sæcula Eræ Christianæ aut nondum facta fuerat ab ipso, aut nusquam recepta erat adhuc. Et licet iis aliisque difficultatibus satisfacere conati simus in allegatis Dissertationibus Tomi I. non propterea fidem integram præstamus toti contextui earundem Epistolarum; sed adhuc hæremus, & quæstionem in medio relinquimus.

VIII. Nonnulla alia monumenta vetera Hispaniæ promiseramus in Synopsi Conciliorum ipsius editæ Salmanticæ anno MDCLXXXVI. Verùm cum

exemplaria eorum continerentur in manuscriptis antiquissimis, ac valdè detritis decursu tot sæculorum, quo luctata fuerant cum blattis & tineis; non potuerunt exscribi sine innumeris sordibus ac defectibus passim occurrentibus: ac proinde puduit ea publicæ luci committere cum nullo fructu & magno tædio lectorum. Inter alia verò erant quæ hîc subjungo: Sisebuti Regis Gotthorum Epistola ad Episcopum Mentefanum, qui se reclusit in monasterio. Cæsarii Patricii ad Sisebutum Regem Epistola, de Cæcilio Episcopo capto à militibus. Sisebuti Regis ad Cæsarium Epistola rescripta per Ansemundum. Cæsarii Patricii ad Sisebutum Regem Epistola missa per Ascellum. Eiusdem Epistola ad Sisebutum Regem missa per Amellium & Theodericum. Sisebuti Regis Epistola ad Eusebium Episcopum. Eiusdem Epistola alia ad Tudilanem, cum ex laïco habitum in monasterio suscepisset. Eiusdem Regis Epistola ad Advalcaldum Regem Longobardorum & Theodelindam Reginam, pro Fide Christi, per Totilanem directa. Passio S. Desiderii Episcopi Viennensis, scripta à Sisebuto Hispaniarum Rege anno DCXII. Huc spectat Epistola quædam Tarræ monachi, quam, licèt mirum quantum deformatam, exegit sèpiùs, & tandem obtinuit à nobis Cl. V. Joannes Mabillonius. Denique plura alia S. Martini Bracarenfis monumenta & opuscula apud nos sunt lectu dignissima, quæ paramus edenda in aliquo libro minoris formæ seorsum.



MONITUM COLLECTORIS
AD ILLUSTRISSIMOS DD.
ARCHIEPISC. ET EPISC.
HISPANIÆ, AC NOVI
ORBIS.

Ut Concilia frequenter celebrent.

ITEM PRÆMISSUM TOMO SECUNDO.

IX. **D**UM publicæ luci committimus hæc sacra Concilia & alia monumenta ad Hispaniam spectantia, Commentariis, Dissertationibus, ac Notis recentibus explanata, præsertim Tomo Secundo, oportet in antecessum præmittere nonnihil de ingenti utilitate, immo & necessitate, celebrandi Concilia, præsertim Provincialia, ad disciplinam Christianam & Ecclesiasticam conservandam, promovendam, & restaurandam, moresque subinde corrigendos, tam cleri, quàm populorum.

X. Sanè videmus in hoc volumine (ut cætera prætermittam) quanto zelo divini cultus, ac reformationis morum, æstuaverint gravissimi illi Præfules Ecclesiarum Hispaniæ, qui ab ineunte quarto sæculo usque ad initium octavi (præter Synodos Diocesanas, quas unusquisque eorum frequenter coëgisse censetur, juxta morem ab initio statutum, & tamdiu continuatum in tota Ecclesia) tot Concilia Nationalia & Provincialia, eaque doctissima & numerosissima, celebrârunt. Quod equidem ab iis factum fuit juxta antiquissimam traditionem ab ipsis Apostolis emanantem.

XI. Certè tricesimus octavus Canon (aliàs tricesimus sextus) inter Apostolicos ita habet: Δεύτερον τῆ ἑτῆς Σύνοδος γενέσθω τῶν ὀπισκόπων, ἢ ἀνακελεύσων ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, ἢ τὰς ἐμπλήσεις Εκκλησιαστικῆς ἀνπλογίας διαλύσων· ἀπαξ μὲν, τῇ τετάρτῃ ἑβδομαδί τῆς Πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπὸ βερεταίου δωδεκάτῃ. *Idest: Bis in anno Episcoporum Concilia cele-*

celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent; & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant: semel quidem quarta septimana Pentecostes, secundo vero duodecima die mensis Hyperberezæ. idest, juxta computum Romanum, iv. Idus Octobris, ut habetur in Ms. Vaticano. Deinde vero in Conc. IV. Toletano, cui præfuit S. Isidorus Hispaniensis anno DCXXXIII. Can. III. statuitur: *Quintodecimo Kalendarum Juniarum congreganda est in unaquaque provincia Synodus, propter vernale tempus, quando herbis terra vestitur, & pabula germinum inveniuntur.* Ita frequenter cogebantur Synodi in Hispania olim, non modò Diocesane, sed & Provinciales. Quin. & quamplura Generalia totius nationis Concilia à tempore Elibertani usque ad XVII. Toletan. intra quatuor ea sæcula fuisse celebrata in Hispania, patebit ea legenti Tomo Secundo. Cumque circa annum epochæ Christianæ CDXLVII. Alipio & Ardebure VV. CCl. Coss. in Hispania detectæ fuissent Manicheorum & Priscillianistarum reliquæ; S. Leo Papa Epistolâ XCIII. aliâ XV. ad Turibium Episcopum Asturicensem, indixit *Concilium Episcopale, celebrandum in loco opportuniore sacerdotibus provinciarum.* Ac propterea subdit: *Dedimus literas ad fratres & Coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginenses, & Lusitanos, atque Gallicianos, eisque CONCILIUM SYNODI GENERALIS INDIXIMUS.* In ordine vero ad id congregandum, adjutores dat Idatium ac Ceponium Episcopos eidem Turibio: qui in quadam ad utrumque Epistola, diuturnitatem ejus pestis in Hispania grassantis tribuit omissioni sive neglectui celebrandi Concilia. *Quod quidem per mala temporis nostri, Synodorum conventibus decretisque cessantibus, liberius crevit.* Porro Epistolas ipsas sanctorum Leonis & Turibii ad Idatium & Ceponium, exhibemus Tomo II. pag. 207. & seqq.

XII. Hoc ipsum accidit circa relaxationem morum & disciplinæ Ecclesiasticæ, in omnibus iis regnis ac provinciis, ubi nec Nationalia, nec Provincialia Concilia, immo nec Diocesana, nisi fortè rarò, aut perfunctoriè, celebrantur, quibus Præsules ipsi, sacerdotes, clerici, & tandem subditi omnes regantur,

ac sese in officio contineant. Eam ipsam Conciliorum frequentiam indicunt sacri Canones, & exigit necessitas atque utilitas publica. Quot mala, quot peccata, quot animarum detrimenta ex eorum neglectu sequantur, experientia ipsa ubique passim docet, ac sæpè post plurimos Ecclesiæ Patres observavit Sanctus Carolus Borromeus, qui propterea tot gravissima & doctissima Concilia Mediolani celebravit, & illustri exemplo fuit inclinante sæculo præcedenti, ut alia pariter cogerent in Hispania sub idem ferè tempus Præsules Toletani, Hispalenses, Tarraconenses, ac Valentini, quorum Acta exhibemus Tomo IV. similiterque alii Antistites magni nominis in Italia, Germania, ac Gallia, usque in hodiernum ferè diem: prout legere est potissimum in uberrima Collectione Conciliorum Labbeana. Utinam Illustrissimi quique Primates, Metropolitanæ, & Episcopi, id præ oculis habeant; ne fortè in tremendo iudicio Princeps Pastorum sanguinem animarum de manibus ipsorum requirat. Deserviant pariter exemplo tot Concilia Hispaniæ ac Novi Orbis, tum Provincialia, tum Diœcesana, sæculo præcedenti celebrata, eaque doctissima ac saluberrima, quæ eodem Tomo IV. publicè luci committimus: utinam cum aliquo Dei obsequio, & Ecclesiæ fructu.

XIII. Huc spectat quoddam plurimum eorundem Antistitum in Conciliis Provincialibus, & aliis Comitibus, præsertim apud Galliam, simul cum aliis doctissimis viris studiosè curaverint reformationem morum, & puritatem ac soliditatem Ethicæ Christianæ adversus laxitatem multorum casuistarum, quorum tot Theses perniciosas & scandalosas ut minimum damnavit Sedes Apostolica sub Pontificibus Alex. VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. Laudandi quidem sunt illi Præsules, qui in eum finem plurimum laborarunt, & tot synaxes insignium Theologorum coegerunt zelo reformandæ disciplinæ moralis: & præsertim inter illos, quatuor Galliarum Archiepiscopi, ac duodecim Episcopi, qui tempore Urbani VIII. die 5. Aprilis, anno MDCXLIV. in unum congregati scripserunt ad eundem Pontificem celeberrimam illam Epistolam, & ubique spar-

fam aduersus licentiam quorundam casuistarum in opinando. agentes inter plura alia de iis: *Divinorum sacramentorum usus, qui sacer omnino ac salutaris esse debet, in perniciosum, ac piis omnibus deplorandum abusum sepius convertitur. Depravatis denique ac corruptis moribus blandimenta potius atque operimenta, quam salubria remedia comparantur.* **UT E SENTENTIIS EX LIBRIS ILLO-
RUM FIDELITER EXCERPTIS**, nemini non apertum atque exploratum esse potest. Deinde suum vehemens desiderium significant ad corruptelas morum expurgandas, effrenatamque illam quorumlibet flagitiorum (que nunquam tanta fuit) licentiam, **AUGMENTIBUS EAM IN DIES NOVITIIS
QUIBUSDAM CASUUM CONSCIENTIAE
ARCHITECTIS.** Hęc illi graviter, & cum magno plausu ac fructu apud Sedem Apostolicam.

XIV. Insuper Octavius Archiepiscopus Senonensis, in literis eodem anno ac die datis ad gravissimum Cardinalem Franciscum Barberinum (postea decanum sacri Collegii) scripsit: *Eò molities animorum ac discipline elanguescentis dissolutio processit, ut jam de vera pœnitentia ac sincero amore Dei loqui penè sit nefas. Hoc videlicet artificium humani generis hostis excogitavit, quo fatiscens religionis degenerem illam laxitatem pro ipsa religionis obtruderet, quasi à diverticulis ad viam regredi, à via aberrare sit* Ita aliter quorumlibet licentia flagitiorum, ita crux Christi evacuetur: jam enim crimen ludus est, & pœnitentia criminis datur. Hęc ille, & plura similia alii Episcopi, in Epistola alia ad Innocentium X. data anno sequenti MDCXLV. die 21. Julii.

XV. Nihil autem aptius ad ea mala doctrinę & morum præcavenda & vitanda esse potest, quam frequentia Provincialium Conciliorum, quę propterea tot sacris Canonibus omni tempore commendata fuit, & tandem urgentissimè in Concilio Tridentino Sess. XXIV. decreto *De Reformatione* cap. secundo, illis potissimum verbis: *Provincialia Concilia sicubi ommissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex sacris Canonibus permisis, renoventur.*

Quare Metropolitanæ per se ipsos, seu illis legitimè impeditis, Cœpiscopus antiquior, intra annum ad minus à fine præsentis Concilii, & deinde quolibet saltem triennio, post octavam Paschæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore, pro more provincie, non prætermittat Synodum in provincia sua cogere, quo Episcopi omnes, & alii, qui de jure vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminente periculo transfretandum esset, convenire omnino teneantur, &c.

XVI. Justum autem erit, ac meritò sperandum est de zelo & pietate modernorum Hispaniæ ac Novi Orbis Præsulum, ne in ea parte se à prædecessoribus suis, & nominatim ab iis qui sæculo præcedenti floruerunt, superari patientur. In eum finem tot Concilia ab Hispanis Episcopis celebrata ab initio Eræ Christianæ, & præcedenti sæculo, tam intra illam, quàm in Novo Orbe, exhibemus toto decursu hujus vasti Operis; præsertim dolentes quòd ab initio circiter hujus sæculi usque modò non inveniatur Concilium aliquod Provinciale editum Latinè in tota Hispania, nec in Novo Orbe, quòd adjungeremus præcedentibus, quamvis diù multumque studuerimus illud invenire, si quodquam esset. At enim Concilia Hispanicè solùm scripta, aut etiam edita, non oportuit à nobis recudi simul cum Latinis, sicut nec Gallicè, Germanicè, aut Anglicè, vel Italicè scripta, locum habent in Collectionibus aliis, sed solùm quæ Latinè edita fuerunt.

XVII. Sicubi autem in Observationibus sive Notis ad illa, vel alia monumenta sacra, aut in Dissertationibus Ecclesiasticis, aut denique in toto Opere, satis prolixo, nobis aberrare contigit (sicut & in aliis quibuslibet lucubrationibus, tam editis quàm edendis) totum id judicio S. Romanæ Ecclesiæ, sive Sedis Apostolicæ, summittimus corrigendum, moderandum, aut profus delendum. Quin & quoties aut monitu doctiorum quorumlibet, aut studio proprio, meliora, vel alia ab us didicerimus, absque cunctatione ulla sententiam mutabimus. Jamdiu enim nobis altè insedit illud S. Gregorii Magni lib. 2. Epist. XXXVII. *Ab omnibus corripì,*
ab

Conciliorum Hispanie & Novi Orbis, &c. 37
ab omnibus emendari paratus sum, & hunc solum
mihî amicum existimo, per cujus linguam ante appa-
ritionem districti judicis, mee maculas mentis tergo.
Valete **ILLUSTRISSIMI DD.** mihique assiduis
sudoribus in utilitatem publicam & obsequium ve-
strum utcumque laboranti, & admodum peccatori,
apud Deum vestris precibus openi ferte, & super-
stiti & vitâ functo.



E P I S T O L A
 JOSEPHI CARDINALIS
 DE AGUIRRE,
 S E U

DISTRIBUTIO TOTIUS OPERIS,

Ad Illustrissimos & Reverendissimos

ARCHIEPISCOPOS, ET EPISCOPOS
 HISPANIÆ, AC NOVI ORBIS.

PRÆMISSA TOMO TERTIO.

I. **P**RODIIT denique, ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI ANTISTITES, Romanis typis *Collectio Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ ac Novi Orbis*, comprehensa quatuor justis voluminibus; multorum annorum labore ac studio, licet interrupto, parata & digesta, cum plurimis aliis monumentis sacris, & Epistolis Pontificum Romanorum ad Hispaniam spectantibus.

II. Initio uniuscujusque eorundem voluminum, ac præsertim Primi, præmitto, aut rationem totius Operis, aut saltem monita aliquot opportuna, ut lectores in ipso ferè aditu aut vestibulo, ob oculos habeant veluti summa capita eorum, quæ postea in progressu fufius pertractantur. Quare visum etiam fuit initio Tomi Tertii nonnulla scitu digna adjungere. Fateor equidem magnam eorundem Conciliorum & monumentorum partem antea editam fuisse: sed sparsim, & in variis aut exquisitis libris, quorum multi rari sunt: ut propterea nonnisi ingenti labore, aut diligentia diuturna in unum colligi possint.

III. Alia autem Concilia, monumenta sacra, & Epistolæ, quas repræsentò, aut vix, aut nunquam hæcenus viderunt lucem, sed tot sæculis manuscripta latuere in antiquissimis bibliothecis, præsertim
 Ecclē

Ecclesiarum & monasteriorum insignium intra & extra Hispaniam, quarum singulas honoris causâ nomino propriis locis. Inter eas verò omnes potissimum adjumento fuerunt Vaticana, & Toletana, Scorialensis, & Æmilianensis, sive Regiæ monasterii S. Æmiliani in Castella Veteri, ubi ad sacrum Ordinem Sancti BENEDICTI, indignus licet, admissus fuit. Nimirum exinde PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex, cognomento PRUDENS, antiquissima manuscripta, præsertim Conciliorum & Epistolarum Decretalium, transtulit ad suam celeberrimam bibliothecam Sancti LAURENTII in Scoriali, ut omnes nōrunt. Sed & nonnihil contulerunt nobis, præsertim ad observandam varietatem lectionum, bibliotheca manuscripta Serenissimæ Suæcorum Reginae CHRISTINÆ ALEXANDRÆ, & aliæ plures Cataloniae, ac Galliarum, unde primum Illustrissimus D. Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis, deinde V. Cl. Stephanus Baluzius, ac postea celebres antiquarii & scriptores, Lucas d'Acherius, & Joannes Mabillon, eximium par doctissimæ & observantissimæ Congregationis S. Mauri, tot rara, aut nunquam antea edita monumenta publicæ luci dederunt, etiam ad Hispaniam spectantia: præter plurima alia omnis generis, quæ passim evulgantur ab aliis Patribus ejusdem Congregationis & insignis monasterii Sancti Germani à Pratis, cum magno totius Ecclesiæ plausu ac fructu.

IV. Porro Dissertationes omnes Ecclesiasticæ, Historicæ, & Chronologicæ, ac Criticæ, totius hujus vasti Operis, nunc primum prodeunt, studio ac labore nostro. Notæ autem, sive observationes in singula Concilia, Epistolas, & monumenta quæque sacra, pariter à nobis elaboratæ, aut nunc primum lucem vident, aut ab aliis eruditissimis viris, tum Hispanis, tum exteris, quarumlibet nationum, antea editæ divisim, modò à nobis in unum collectæ fuerunt, sub proprio uniuscujusque eorum nomine, vel etiam elogio. Nimirum, janidū altè nobis infedit vetus illud: PULCHRUM EST FATERI PER QUOS PROFECERIS. Ut nihil interim dicam de turpi illa plagii nota, quam scimus nonnullis haud immeritò inustam fuisse, quòd cornicularum more alienis plumis
quasi

quasi propriis usi fuerint. Suâ itaque laus unicuique eorum integra esto, atque in hæc lucubrationibus posteritati consignata sit.

V. Verùm recapitulando, seu potius brevissimè indicando quæ singulis Tomis continentur; ordine suo placet hæc pauca monere, præter alia, quæ in Præfationibus ad illos dixi.

VI. Primus Tomus continet initio, præter plura monumenta observatu digna, præsertim chronologica & historica, varias Dissertationes circa Collectionem omnium Conciliorum & Epistolarum Decretalium factam à Sancto Isidoro Archiepiscopo Hispalensi, cui soli illam asserimus, & vindicamus ab objectis plurimorum recentium scriptorum, præsertim illorum qui Criticæ profitentur. Vindicamus, inquam, sed cum delectu, distinguentes inter ea quæ germana videntur, & illa quæ suspicionem ingerunt haud exiguam interpolationis, affumenti, aut parachronismi additi, cujuscumque scioli aut imperiti manu, quisquis ille fuerit. Neque enim Epistolas illas ad Hispaniam spectantes, nomine veterum Pontificum editas, & manibus omnium circumferri solitas, à S. Clemente Papa usque ad Syricum, tueri animus est integrè prout jacent: sed tantùm quoad præcipua capita, aut aliis monumentis germanis confirmata. In quorum omnium explanatione & defensione expendimus totum Apparatum illius voluminis, satis laboriosum. Quod gratum speramus futurum, etiam iis scriptoribus Catholicis, & eximiè eruditis, qui eas omnes Epistolas profusè rejiciunt, & nec laudari seu citari jam à quopiam volunt, veluti omnino nothas & subdititias: cum tamen saltem decursu octingentorum circiter annorum, idest ab inclinante sæculo octavo usque ad medium proximè præcedentis, fuerint in summa omnium laude, ac veneratione totius Ecclesiæ. Verùm fortassis vel illi delicatiores & *καυμώτατοι* ut ita loquar, lectis iis Dissertationibus nostris, non nihil remittent de præfidentia illa, quæ plerumque eas aspernabantur, veluti intrusas omnino ab aliquo nebulone, aut tenebrione, sub initium noni sæculi.

VII. Post Apparatum verò prædictum exhibemus.

mus Epistolas illas, & monumenta sacra ad Hispaniam spectantia intra tria priora sæcula Eræ Christianæ, & illarum explanationem ac defensionem, quantam & qualem nobis subjungere licuit.

VIII. Sequitur deinde Concilium Eliberitanum exactissimè correctum juxta varia manuscripta, cum Notis & Observationibus, partim magni illius & celeberrimi Interpretis D. Ferdinandi de Mendoza, partim plurimorum virorum insignium, partim denique nostris, sub proprio uniuscujusque nomine. Quod ipsum circa omnia Concilia & monumenta quæque vetera exactè servatur. Cum verò Concilium ipsum apud Eliberim coactum fuerit, juxta veriore sententiam, sub initium sæculi IV. & fortassis anno Christi, sive Eræ communis CCCIII. (ut initio Tomi II. ostendimus latè) efficitur demum, ut Tomus I. solùm exhibeat ea monumenta Hispaniæ Christianæ, quæ pertingunt usque ad prædictum annum.

IX. Secundus Tomus amplectitur quæcumque Concilia & monumenta sacra Pontificum Romanorum ac diversorum Patrum, scriptorumque illustrium, spectant ad Hispaniam ab anno prædicto CCCIII. usque ad DCCI. cum Dissertationibus & Notis interjectis, quibus non modò Historia & Chronologia, ac sensus germanus illorum exponitur, sed etiam disciplina Ecclesiastica accuratè illustratur, immò & sæpè veluti postliminio revocatur: quod tamen nec ego, nec quisquam alius, nisi competenti auctoritate jurisdictionis suffultus, poterit fructuosè in praxin communem redigere; idque prudenter admodum, & cum debitis circumstantiis, saltem aut præsertim quantum ad ea quæ decreta prisca sæculis solo Jure Ecclesiastico, jamdiu penitus antiquata & abrogata sunt vel fuerint. Eadem quoque disciplina denuò stabilitur testimoniis totius antiquitatis Christianæ, atque in usum functionemque deducenda proponitur ab iis quorum interest, & quatenus finit misera conditio nostrorum temporum in hac mundi senecta. Indignum enim est ut saluberrima illa statuta per sanctissimos ac doctissimos Hispaniæ Præsules, præsertim Leandrum & Isidorum Hispalenses, ac

Eu-

Eugenium III. Ildephonsum, & Julianum Toletanos, Toribium Asturicensem, Martinum Bracarensem, aliosque similes, tam solenniter in gravissimis Conciliis totius Hispaniæ prolata, & tot sæculis in magna veneratione habita à tota Ecclesia, & tamdiu religiosè custodita, exolescant omnino, & nulla ratio habeatur quoad praxin illorum Canonum, qui spiritu Dei conditi sunt, & totius mundi reverentiâ consecrati, ut loquar verbis Sancti Leonis Papæ. Legatur Parænesis Sancti Paciani Episcopi Barcinonensis gravissima & eruditissima, quam exhibemus cum Notis recentibus Tomo II. pag. 103. & seqq. Legantur præsertim in eum scopum eodem Tomo hujus Collectionis Dissert. VIII. IX. & X. Multa etiam in hisce Synodis & veteribus Hispaniæ monumentis contenta, pariter habentur statuta in Conciliis Oecumenicis, & decretis notissimis Sedis Apostolicæ: immò & hausta sunt, aut collectione firma, aut rationabili conjectura, ex ipsis sacris literis, aut traditionibus Apostolicis: quæ proinde oportet in praxin deducere; quantum prudentia Christiana dicat, & exigit status præsens Ecclesiæ Catholicæ: licet multa alia ex solo jure Ecclesiastico procedentia fortassis jam fuerint antiquata, & à multis sæculis omnino in desuetudinem abierint, aut etiam contrario usu longissimi temporis abrogata videantur, scientibus & tacentibus, aut fortè conniventibus etiam iis Prælati, quorum muneris erat ea facta tecta curare, & in executionem deducere. Legendus de hoc præsertim S. Thomas Quodlibeto IX. art. 15.

IX. Id considerans & dolens sacra & Oecumenica Synodus Tridentina sess. XXII. cap. 1. statuit, *ut que aliàs à Summis Pontificibus, & à sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon secularibus negotiis fugiendis, copiosè ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum eisdem penis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur: nec appellatio executionem hanc, que ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex us in desuetudinem abiisse compererint,*

ea quæ primùm in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant: NON OBSTANTIBUS CONSUETUDINIBUS QUIBUSCUMQUE: NE SUBDITORUM NEGLECTÆ EMENDATIONIS IPSI CONDIGNAS, DEO VINDICE, POENAS PERSOLVANT. Ita præcipitur in sacrosancta illa Synodo, omnium Oecumenicarum postrema, quæ tanto plausu ac fructu statim recepta fuit in omnibus Metropolitanis Ecclesiis Hispaniæ, quarum Concilia Provincialia ad illam solenniter evulgandam & exsequendam exhibemus Tomo IV. hujus Operis. Utinam plura alia invenissemus pariter intra hoc ipsum sæculum celebrata & Latinè scripta intra Hispaniam, aut in Novo Orbe. Pariter enim omnia modò in lucem mitteremus. Sed nulla nobis invenire licuit Provincialia Latinè scripta (de his tantùm loquor) ab initio hujus sæculi usque modò. Quam ob causam lamentamur in Monitu quodam præfixo Tomo II. hujus Operis, ac suprâ recuso, similiter directo ad Illustrissimas Dominationes vestras, quod non est opus hoc loco repetere.

XI. Tertius Tomus profert ea monumenta sacra & Concilia, quæ spectant ad Hispaniam ab anno Christi DCCI. usque ad annum circiter MD. quorum multa nunc primùm è prælo exeunt; alia verò aut rara sunt, aut non ita facilè alibi inveniri poterunt. Porro nec inter ea, nec inter reliqua contenta intra nostram Collectionem, invenietur aliquid obtrusum ex illis Pseudo-chronicis sub finem superioris sæculi confictis nomine DEXTRI, MAXIMI, LUITPRANDI, & JULIANI PEREZ. Id ipsum dico de farraginibus illis & insulsissimis fabulis, quæ postea à quibusdam otiosis, seu malè feriatis capitibus, obtrusæ, aut venditatæ fuerunt sub nominibus LIBERATI, HELECÆ, & AUBERTI Hispalensis. Omnia ea figmenta jam pridem in variis lucubrationibus rejeci, sicuti & illa contempserunt ab initio ferè & postea, eruditissimi quique intra & extra Hispaniam, alibi à me laudati; & nuper doctissimus Bollandus ac socii ferè passim in Actis Sanctorum, ubi & palam proferunt nomen auctoris præcipui earundem fabularum, sicut & alii

alii jam detexerunt nominatim artifices illos, per quos innumera figmenta nomine Auberti Hispanensis primùm conficta, aut postea adaucta sunt. Sed de his omnibus uberrimè differentem legere oportebit Cl. & eruditissimum virum D. Nicolaum Antonium, Equitem Jacobæum, canonicum Hispanensem, Catholicæ Majestatis diù in Urbe Procuratorem, ac tandem Matriti Consiliarium, in *Bibliotheca veteri Hispana* illorum Scriptorum qui floruere à Christo nato usque ad annum MD. Nimirum illam propriâ manu auctoris scriptam, & nunquam hæctenus editam, dabimus publicæ luci, quamprimùm fieri possit, eleganti forma & caractere. Dabimus, inquam, *αὐτὸ ἄριστον*, duobus justis voluminibus intra præsentem annum MDCXCV. quo exeunte speramus integrè prodituram è prælo.

XII. Porro idem Tomus III. initium ducit ab Indice utilissimo Conciliorum & Canonum, nunquam hæctenus (quod sciamus) publici juris factò, quo utebatur Ecclesia Hispanica usque ad annum circiter septingentesimum. Fortassis verò idem ipse est, quem multò antea elaboraverat Ferrandus Diaconus ineunte sæculo sexto, sub epigraphe *Compendii sacrorum Canonum*. Sit per me licet idem cum illo: sed tamen longè auctior est iste, cum in hoc citentur multa Concilia & Decreta longè posteriora, & nonnulla eorum serè integro sæculo ab obitu Ferrandi celebrata aut habita. Cujuscumque demum studio is primùm scriptus fuerit, utilissimus est. Vellem autem ut quispiam eruditus ac diligens scriptor eidem Indici intra unum volumen justum conjungeret, quàm breviter fieri posset, aut summatim solùm perstringeret, Concilia, Canones, & Epistolas Decretales ibidem citatas. Sic enim plenè dignosceremus quænam disciplina Ecclesiastica permaneret adhuc usu recepta in Ecclesia, præsertim Hispanica, initio octavi sæculi. Mitto nunc nonnulla alia legenda eodem Tomo III. in Præfatione nostra ad eundem Indicem, quem gratissimum speramus hominibus doctis & studiosis antiquitatis Ecclesiasticæ.

XIII. Idipsum sperare licet de plurimis aliis monumentis rarioribus & exquisitis, spectantibus ad

ad Hispaniam, sparsis toto eo volumine III. quibus tamen paucas Notas adjecimus: tum quia non videbantur necessariae circa scripta ætatis mediæ; tum præsertim ob assidua impedimenta, & ægritudines molestissimas, quibus afflictabamur. Fortasse quispiam alius progressu temporis ad communem utilitatem Reipublicæ literariæ id oneris in se recipiet.

XIII. Præterea eodem Tomo III. recudimus Acta quædam Concilii Franco-fordienfis, celebrati in Germania anno Christi DCCXCIV. sub Adriano I. Papa & Carolo Magno Francorum Rege, adversus Præsules Felicem Urgellitanum & Elipandum Toletanum, veluti diffeminantes errorem dictum Adoptivorum, seu docentes Christum Dominum fuisse filium Dei adoptivum, & allegantes pro se quædam testimonia, seu dicta Eugenii, Ildephonsi, & Juliani, Antistitum Toletanorum. Hos tres sanctissimos Præsules palam reprehendit illa Synodus gravissima quidem & numerosissima; sed decepta per errorem facti suggestum ab ipsis Adoptivis: cum constet clariùs meridiana luce, sanctissimos Præsules Toletanos, Eugenium III. Julianum, & Ildephonsum, immo & omnes alios Episcopos Hispaniæ, qui cum iis celebrârunt Concilia Toletana plura decursu totius sæculi septimi, longissimè fuisse ab eo errore; immo & palam tradidisse Christum non adoptivum, ut alii Sancti ac justî, sed naturalem filium Dei unigenitum fuisse, in unica persona constantem duabus naturis, divinâ & humanâ. Idque præterea palam testatum habet idem Sanctus Ildephonsus variis locis, & præsertim in aureo libro *De perpetua virginitate Deiparæ*, ut opportunè monemus Tomo II. pag. 669. breviter quidem, sed ita manifestè, ut nulla alia demonstratione opus sit. Accipite verba ipsius in libro citato apud Bibliothecam Anissonianam Tomo XII. pag. 566. ubi ita loquitur de Christo nascente ex Virgine: *Non illum, ut ceteros adoptia filios; Dei fecit filium; sed divinitatis natura illum in proprium Dei filium exaltavit, donavit & illi nomen, quod est super omne nomen, ut esset totus Dei filius, homo & Verbum: quia nunquam non fuit Dei*
filius,

filius, qui sempiternus permanet unigenitoris unigenitus. Nunquam igitur ipse purus homo conceptus, nec natus, sicuti ceteri nascuntur infantes; ut ei ex adoptionis gratia, aut ex molimento virtutum prerogativa filii prestaretur: sed Dei Verbum, quia caro factum est, assumpsit hominem in se sine persona hominis. Hactenus Ildephonsus. Sed & omnes Episcopi Hispaniæ, & contemporanei ipsius, sicut & SS. Eugenii III. ac Juliani, qui simul cum Quirico Antistite Toletano Præsidente celebrârunt Concilium Toletanum XI. anno Christi DCLXXV. ita palam loquuntur de Christo in ipsa Professione Fidei: Hic etiam filius Dei, natura est filius, non adoptione. Quâ igitur specie veripotuit quisquam adscribere iis sanctissimis Præsulibus Ecclesiæ Toletanæ errorem Adoptivorum?

XIII. Veruntamen licet ii erroneas adscripserint ipsis eam opinionem damnatam postea à PP. Franco-fordiensibus, & hi minùs cautè crediderint veram fuisse narrationem sibi factam, ac propterea sinistrè senserint de Eugenio, Ildephonso, & Juliano, Præsulibus Toletanis, per purum & merum errorem facti non revelati à Deo (qui etiam in Conciliis Oecumenicis, & Decretis Romanorum Pontificum intervenire potest, & nonnunquam accidit, ut omnes Theologi cum Cardinalibus Baronio & Bellarmino fatentur) adhuc tamen nos Tomo III. integrè exhibemus Acta ipsa Concilii Franco-fordiensis, quatenus ad Hispaniam spectant, & nominatim ad censuram prædictam adversus eosdem sanctissimos Præsules Toletanos, prout hactenus exstant in aliis editionibus Conciliorum. Religioni enim duximus aliquid mutare, auferre, vel addere in his monumentis, aliisque omnibus antiquitatis Christianæ, quotquot exhibet nostra Collectio. Solùm pag. 103. col. 2. ejusdem Tomi III. adhibuimus notulam ad marginem, ne quis fortè impingat vel erret, legens censuram illam PP. Franco-fordiensium, in Epistola synodica ad Episcopos Galliæ, Germaniæ, & Hispaniæ, ubi §. 7. carpunt prædictos Antistites Toletanos, sinistra relatione diffamatos.

XIV. Immo permisso & non concessa, quod

illi sanctissimi Præfules verbo aut scripto protulissent verba ibidem citata ; de adoptione solus carnis , sive humanitatis , palam intelligi debent : utpote quæ non ex se, neque ex natura sua, sed solum ex gratia Dei , immo & summâ gratiâ unionis hypostaticæ ad Verbum , assumpta fuit ab Unigenito filio Dei , & sibi personaliter unita in consortio naturæ divinæ . Hoc sensu planè obvio & germano intellecta illa testimonia , veluti prolata ab iisdem sanctissimis Patribus , palam profitentibus veritatem mysterii Incarnationis , & Trinitatis , atque omnia ea , quæ in quatuor primis Conciliis Oecumenicis tradita fuerant ; nihil continent adversum Catholicæ Fidei , aut favens Nestorio , ne à longè quidem . Et si eo dumtaxat sensu scripserint ac loquuti essent palam Elipandus Toletanus , ac Felix Urgellensis , Concilium Franco-fordienſe non ita acriter contra illos commotum fuisset , nec Etherius & Beatus, scriptores Hispani ejusdem temporis , in scriptis suis ea de re adhuc existantibus caractere Gotthico octingentorum circiter annorum antiquitatis , in bibliotheca Toletanæ Ecclesiæ (ubi nos illa vidimus anno MDCLXXXV.) aded durè contra Elipandum scripserint .

XV. Verùm quicquid sit de Elipando & Felice, (quos tueri non est voluntatis aut mentis nostræ) fixum maneat , sanctissimos illos & doctissimos Præfules Ecclesiæ Toletanæ , ac subinde reliquos omnes Episcopos , qui interfuere Conciliis Hispaniæ , ab initio Eræ Christianæ usque ad annum DCCCXCIV. quo coacta fuit Synodus Franco-fordienſis , longissimè fuisse à qualibet opinione erronea Adoptivorum , quicumque demum isti fuerint : quales antea duobus sæculis videntur fuisse nonnulli , propterea impugnati à Justiniano Episcopo Valentis , qui , teste S. Isidoro Hispalensi , in lib. *De viris illustribus* , inter alias lucubrations scripsit librum responsionum ad quendam Rusticum *De variis interrogatis questionibus* , quarum secunda est contra Bonosiacos , qui Christum *adoptivum* , & non proprium dicunt . Legantur quæ de eodem Justiniano , & de aliis tribus ejus fratribus , patenter Hispanis , & doctrinâ illustribus , observamus

præsertim Tomo III. pag. 73. Sed nec apparet an illi erronee refutati à Justiniano, essent Hispani, aut cujusnam alterius nationis: multò autem minùs conditio, aut nomina ipsorum. Et certè quicquid sit de adoptione Dei cadente supra solam humanitatem Christi quatenus gratis assumptam, & non supra personam assumentem (circa quod Theologi multi salva Fide utrinque differunt opinionibus contrariis, & forsàn multi altercabantur eo sæculo octavo, si mens eorum penitiùs examinetur) nemo unquam Catholicus asserere potuit adoptivam filiationem Christi cadentem supra personam, tanquam extraneam aut distinctam à persona Verbi increati, & unigeniti filii naturalis Dei. Nemo etiam erroneum quorumlibet eo sensu desipere potuit, asserens Christum fuisse filium Dei adoptivum, nisi pariter erraret circa mysterium Trinitatis, aut cum Nestorio fingeret duas personas in Christo, sive duplex suppositum, quorum alteri competeret absolutè filiatio Dei solùm adoptiva. Sed hæc obiter solùm dicta sunt, ab aliis plenius examinanda propriis locis.

XVI. Laudes autem, aut etiam vindicias illorum Antistitum, per quos Concilia Hispaniæ celebrata sunt, aut scripta aliquot elaborata circa Fidem, pietatem, aut disciplinam Ecclesiasticam, exhibemus propriis locis. Sed imprimis curæ fuit Tomo I. variis locis tueri Patres Concilii Eliberitani, & vindicare à teterrima Novatianismi nota, quam sæculo superiori iis inurebant nonnulli, etiam ex Catholicis, parùm consideratè; donec eximio vir ingenio Ferdinandus Mendoza, & postea eruditissimi Albaspinæus, Petavius, ac Gonzalez, dissipandam curarunt. Sed & si quod illius vestigium superesse posset, nos omnino delendum sæpè curavimus utroque priori volumine: ut facilè inveniet quisquis legerit Indicem summarium unicuique præfixum. Neque enim alphabeticum elaborare potuimus.

XVII. Unde audiendus non est Auxilius, Scriptor sæculi decimi, libro *De ordinationibus Formosæ Pape*, exstante in Bibliotheca Maxima Anissoniana Tomo XVII. sæculo X. ubi audet notare Pa-

tres Concilii Sardicensis (ac proinde magnum illum Osium Cordubensem, qui in illo potissimas partes habuit, cum quatuor aliis Episcopis Hispanis) tanquam Novatiana lue infectos. Hanc calumniam, eo usque inauditam, variis locis refutamus aliquantò operosius, præsertim Tomo II. pag. 24. & duabus sequentibus; ubi vindicatur honor ejusdem gravissimi Concilii apud Sardicam coacti, & celebrati ann. CCCXLVII. & semper recepti à tota Ecclesia, instar appendicis magnæ Synodi Nicænæ.

XVIII. Osium verò ipsum quod attinet, longiori discussione ac defensione opus fuit: quoniam sicut nemo Patrum Concilia celebrantium laudatior unquam existit, aut celebrior in Ecclesia, decursu longissimæ vitæ, usque ad centum circiter annos; ita & nullus invenitur, qui in vitæ exitu, aut circa finem illius, graviores scriptores contra se habeat. Rem autem totam diligenter examinare, & maturè expendere curamus tota Dissertatione secunda ejusdem Tomi II. ad cujus lectionem eruditos quosque, & antiquitatis Ecclesiasticæ amantes invitamus. Nunc satis sit dicere, in eodem Concilio plenissimo Sardicensi (cui præsedit nomine Sancti Julii Papæ) Osium veluti oraculum fuisse. Unde plerique illius Canones ita incipiunt: Ο Σ Ι Ο Σ Ἐπίσκοπος πόλεως Κορδύβης εἶπεν. *OSIUS Episcopus urbis Cordubæ dixit.* Deinde hisce verbis desinunt: Πάντες Ἐπίσκοποι εἶπον ἁρίσκη πάσιν. *OMNES EPISCOPI DIXERUNT: OMNIBUS PLACET.* Nimirum, Osium in iis Conciliis gravissimis quasi ingenium & lingua fuit, quemadmodum de S. Augustino in Africanis loquitur Prosper. Quin & ipsi hæretici sectatores Arii, teste S. Athanasio in Epistola *Ad solitariam vitam agentes*, conquerebantur apud Constantium Imperatorem, pariter Arianum, & totius ejus sectæ patronum iniquissimum, quòd non possent in suas partes trahere Osium *Principem Synodorum*; qui si quid scriberet, ubique audiretur: *QUI FORMULAM FIDEI IN NICAENA SYNODO CONCEPIT, & Arianos ubique pro hereticis traduxit.* Tam honorificè loquuntur de illo, licèt ipsis adver-

fante, coacti rei veritate: multò autem magis omnes alii scriptores Græci ac Latini, apud quos passim legitur elogii causâ **ΜΕΓΑΣ ΟΣΙΟΣ**: id est **MAGNUS OSIUS**: quâ etiam appellatione S. Athanasius ipsum honorat sæpè, & exscriptâ quadam ipsius Epistola Græca ad Constantium, concludit hisce verbis: Ταῦτα μὲν ὁ Ἀβραάμῃος γέρων, ὁ ἀληθὴς ὀσιος. ἐπέροησά σε, καὶ ἔγραψεν. *Hæc Abrahamicus ille senex, verè Osius, idest, sanctus, & sensit, & scripsit.* Plurima alia eodè spectantia legi possunt opportuniùs citata Dissert. II.

XIX. Porro inter alia monumenta minùs nota Tomi III. invenientur plura privilegia, constituta, ac decreta Imperatorum Caroli Magni, Ludovici Pii, & Caroli Calvi, spectantia ad Ecclesias & monasteria Cataloniæ, quamdiu illa fuit sub dominio eorundem Regum Francorum, ab ineunte sæculo octavo usque ad finem illius: ut alia posteriora tempora omittam. Certè ea instrumenta vetera non à quopiam homine ignoto, aut suspecto, sed ab Illustrissimo D. Petro Marca primùm visa & observata fuerunt in ipsis codicibus antiquissimis, qui adhuc circa medium hujus sæculi servabantur incorrupti prisco charactere apud tabularia & chartophylacia illius nobilissimi Principatus. Ex iisdem eruit D. Marca plurima exemplaria fideliter, & secum in Gallias detulit: quæ postea vir clarissimus Stephanus Baluzius prælo edidit in sua *Marcæ Hispanica*, unde nos quædam eruimus, prætermisissis aliis pluribus. Ex iisdem verò constat apertissimè, plura monasteria Ordinis S. Benedicti intra Cataloniam & Ruscinonem fuisse ac floruisse, saltem toto decursu illius sæculi octavi: ut proinde vel ex hoc capite, quamvis plura alia deessent à me variis locis indicata obiter, mutis esse liceat nonnullis ferè hospitibus in historia Ecclesiastica veteri, qui nuper somniarunt, & libris editis dicere ausi sunt, nullum monasterium sub Regula S. Benedicti fuisse in Hispania usque ad annum Christi millesimum quinquagesimum, quo celebrata fuit Synodus Coyacensis sub Ferdinando Magno Castellæ Rege. Verùm hoc
para-

paradoxon, & alia ejusdem farinae, lepidè simul & disertissimè refutavit Salmanticae eruditissimus scriptor, ac linguarum varietate celebris, Magister Josephus Perez in suis Dissertationibus Ecclesiasticis ubique sparsis cum eximia ipsius laude. Nobis solùm licuerit rem hanc veluti digito indicasse, præter nonnulla alia, quæ obiter monuimus Tomo II. pag. 403. & 764. circa S. Ildephonsum, & alios Præsules Toletanos intra sextum & septimum sæculum, qui in monasteriis clarissimæ urbi Toletanæ vicinis Regulari S. Benedicti professi sunt, præter quam nulla alia iis temporibus, immo nec longè postea, usque ad sæculum duodecimum, recepta aut servata legitur in Hispania: nisi aliquis abductus præjudicio, aut nimio affectu rerum suarum, oppositum somniare velit sine fundamento ullo antiquæ traditionis, vel instrumenti veteris, & fide digni. Nam quæ ex pseudo-chronicis supra memoratis nomine Dextri, Maximi, Luitprandi, Juliani Perez, Hauberti, &c. proferuntur, fabulosa & aërea sunt: uti cum plurimis & gravissimis scriptoribus sæpè dixi, præsertim Tomo II. Dissertatione III. omnino videndâ.

XX. In Hispania decreveram edere intra eundem Tomum III. aut IV. Constitutiones synodales, sive statuta Conciliorum clarissimæ Ecclesiæ Cæsar-augustanæ, ab anno Christi circiter MCC. usque ad plus minus MCDLXXXVIII. atque in eundem finem acceperam quoddam exemplar antiquum earundem à Cl. & eruditissimo viro D. Josepho Exea Descartin.

XXI. Sed casu accidit ut in valdè prolixo itinere Matrino Romam id exemplar amitterem, & postea aliud ad me missum cum sarcina oneraria cujusdam navis, in Mediterraneo naufragium pateretur. Dolui equidem ob defectum eorum monumentorum, quorum nonnulla fortè aliquid momenti conferrent, præsertim ad decorem antiquissimæ illius & gravissimæ Ecclesiæ Deiparæ Virginis del PILAR, tot sæculis celeberrimæ fermè in toto Christiano Orbe, veluti eximie decoratæ præ aliis, reali, ut piè creditur, præsentia Beatissimæ Virginis, adhuc viventis in carne mortali, supra colum-

nam lapideam, tamdiu ibidem asservatam, cum insigni veneratione innumerabilium hominum cujuslibet conditionis & nationis eò adventantium devotionis aut voti causâ. De quo, post plurimos omnis ferè generis & nationis scriptores, eam traditionem antiquam tuentes, nonnulla satis observatu digna monui Tomo I. hujus Operis Dissertatione IX. præsertim Exkursu VII. Videantur præterea Tomo III. pag. 331. & seqq. quædam monumenta, præsertim Gelasii II. Papæ ad annum Christi MCXVIII. spectantia ad eandem Ecclesiam Cæsar-augustanam, Beatæ Virgini dicatam, quam ille egregius Pontifex sexcentis circiter retrò annis dolebat jamdiu fuisse cum tota illa nobilissima urbe sub Sarracenorum tyrannide penè dirutam, & Christianorum subsidiis egentem, quos proinde invitavit ad ipsius reparationem, propositis Indulgentiis certo quodam & sollemnissimo ritu, eoque insolito, juxta arbitrium Bernardi Præsulis Toletani, & aliorum Hispaniæ Antistitum: licèt aliàs concessio Indulgentiarum, seu relaxatio & compensatio satisfactorum pœnalarum pro peccatis, esset longè antiquior in Ecclesia Catholica. Verùm modus ille peculiaris servatus à Gelasio II. circa Ecclesiam Deiparæ Virginis del Pilar; tunc primùm cœpisse invenitur, & in ipsis verbis Pontifex satis denotat Ecclesiam illam multis antè sæculis conspicuam ac celebrem fuisse, *Beato & antiquo nomine sanctitatis ac dignitatis*, ut ipse loquitur.

XXII. Alias verò Constitutiones synodales, seu decreta Conciliaria statuta in Ecclesiis Metropolitanis Tarraconensi & Valentina, ab anno circiter MCC. usque ad MDXC. per annos plus minus quadringentos, recudimus Tomo IV. cum nonnullis aliis spectantibus ad illas, & ipsorum Præsules quosdam eximios, veluti S. Thomam à Villa-nova, venerabilemque, & heroicis virtutibus admirandum, D. Joannem de Ribera, ac denique magnum illum, & omnimoda eruditione præstantissimum virum D. Antonium Augustinum. Quod postremum toto ferè Opere præstamus, ubi circa Concilia quæque Hispaniæ ac Novi Orbis est locus opportunus aut occasio laudandi eximios quosque, & in
pau-

paucis præstantes viros, qui sanctitate aut doctrinâ Ecclesiam illustrârunt.

XXIII. Quartus Tomus deniq; exhibet, servato temporis ordine, ea Concilia Provincialia, quæ ab anno Christi MD. usque ad MDC. celebrata fuerunt tam in tota Hispania, quàm in Novo Orbe, & præterea Diœcesana quædam lectu dignissima, præsertim sub **BEATO TORIBIO MOGROVE-XO**, Archiepiscopo Limario, verè gemmâ Præsulum: quæ propterea speciali ratione simul cum aliis Provincialibus edenda aut recudenda censuimus. Accessit præterea eisdem multiplex elogium quorundam insignium virorum, qui in eisdem Conciliis præcipuas partes habuerunt, & tandem recensio seu Catalogus eorum omnium Hispanorum, dignitate aut doctrina illustrium, qui intervenêre duobus postremis Conciliis Oecumenicis, nimirum, Lateranensi sub Julio II. & Leone X. ac tandem Tridentino, omnium gravissimo ac doctissimo, quod proinde statim in omnibus Ecclesiis Metropolitanis Hispaniæ ac Novi Orbis summa veneratione receptum fuit, ut illarum Synodi Provinciales eodem Tomo IV. contentæ testantur; partim difficiles inventu, partim nunc primùm à nobis in lucem missæ.

XXIV. Hanc itaque Collectionem adedò utilem & salutarem tot venerabilium Conciliorum, ac monumentorum sacræ antiquitatis, & qualemcumque laborem ac studium nostrum in his exponendis collocatum, accipite benigno animo, **ILLUSTRISIMI & REVERENDISSIMI PRÆSULES**, sicut & monitionem præmissam initio Tomi II. sive exhortationem ad celebrandum frequenter Concilia. Hoc tandem instanter rogo, ut salutarem ipsorum doctrinam ad praxin redigere pergatis, juxta insignem pietatem, doctrinam, & prudentiam vestram, satis mihi notam magna ex parte, aut experimento proprio, aut fide digno relatu aliorum. Denique precor humiliter, ut vestris sacrificiis & orationibus, ac subditorum, me nimis peccatorem, viventem, & vitâ functum Deo commendetis; & si quæ errata in tam prolixo Opere, aliisque lucubrationibus meis commisi, piâ quadam equitate, aut corrigenda, aut interpretanda curetis. Dabam Romæ die quinta

54 *Synopsis Collectionis Maxime*
Oëtobris, SS. Martyribus Placido & Soclis sacrâ,
anno salutis MDCXCIV.

*ADVENERANDA CAPITULA ECCLESIA-
RUM HISPANIAE, AC NOVI ORBIS.*

XXV. Postquam Illustrissimos Præsules vestros alloquutus fui, placet hæc paucula præfari ad amplissimas Dominationes vestras, intra quarum finum esse solent plures egregii pietate, doctrinâ, eruditione, & zelo Ecclesiasticæ disciplinæ viri; quos proinde hortor, quantum in Domino possum, ad legendam Collectionem hanc Conciliorum & Canonum, in communem utilitatem, præsertim Cleri Hispanici & Americani. Nihil enim magis proprium ac necessarium est cuilibet viro Ecclesiastico (præsertim intra Ecclesias Cathedrales) ac doctrina & accurata exquisitio Conciliorum, Epistolarum Decretalium, & sacrorum Canonum: ut palam habetur & præcipitur in eisdem, & in primis suadet dignitas ac conditio eorum, qui Ordine sacro, aut etiam sacerdotali, decorantur intra præcipuas Ecclesias. Valete amplissimi domini, & laborem nostrum boni atque equi accipite. Romæ 21. Oëtobris MDCXCIV.



ADMONITIO AD LECTOREM

PRÆMISSA TOMO QUARTO.

POSTREMUM Operis hujus volumen prodit tandem cum omnibus iis Conciliis Hispaniæ ac Novi Orbis spectantibus ad sæculum decimum sextum, quæ hinc inde exquirere & habere potuimus. Nihil à nobis prætermissum fuit, ut quædam alia Provincialia Ecclesiarum Lusitaniæ haberemus, præsertim Bracarense memoratum à Spondano ad annum MDLXV. §. XXII. & Eborense ejusdem temporis, in quo V. Cl. Andreas Resendius concionem ad Patres congregatos habuit. Sed nullum eorum exemplar à DD. Episcopis ejus regni impetrare potuimus. Fortasse inde ortum, quod illa nunquam fuissent eousque edita, aut Latinè scripta, sed vernaculâ linguâ, ut accidere solet; aut non eâ methodo sive ordine, ut decenter in publicum prodire possent. Eandem ob causam ferè non prodeunt in hoc volumine Concilia Provincialia ejusdem anni celebrata in Ecclesiis Metropolitanis Valentina, Cæsar-augustana, & Granatensi, à nobis indicata in Synopsi Conciliorum Hispaniæ editâ anno MDCLXXXVI. Id ipsum dictum est de nonnullis Ecclesiarum Hispanensis & Burgensis.

II. Dolendum sanè est, quod in florentissimis Hispaniarum regnis, ubi olim tam frequentia, tam gravia, & toti Ecclesiæ veneranda Concilia celebrabantur, jam ab aliquot sæculis parum frequentata, aut etiam ferè prætermisssa fuerint. Sanè tricesimus octavus Canon inter Apostolicos ita habet: *Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant: semel quidem quarta septimana Pentecostes, secundo verò duodecima die mensis Hyperberetæi.* Id est, juxta computum

Romanum, IV. Idus Octobris, ut habetur in Ms. Vaticano. Deinde verò in Concilio IV. Toletano, cui præfuit S. Isidorus Hispalensis anno DCXXXIII. Can. III. statuitur: *Quintodecimo Kalendarum Juniarum congreganda est in unaquaque provincia Synodus propter vernale tempus, quando herbis terra vestitur, & pabula germinum inveniuntur*. Ita frequenter cogebantur Synodi in Hispania olim, non modò Diœcesanæ, sed & Provinciales. Quin & quamplura Generalia totius nationis Concilia à tempore Eliberitani usque ad XVII. Toletanum intra quatuor sæcula fuisse celebrata in Hispania, patebit ea legenti Tomo II. hujus Collectionis. Cumque circa annum epochæ Christianæ CDXLVII. Alipio & Ardebure VV. CC. Cofs. in Hispania detectæ fuissent Manichæorum & Priscillianistarum reliquæ; S. Leo Papa Epist. XCIII. aliàs XV. ad Turibium Episcopum Asturicensem, indixit *Concilium Episcopale celebrandum in loco opportuniori Sacerdotibus provinciarum: ac præterea subdit: Deditus literas ad fratres & coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicianos, eisque CONCILIUM SYNODI GENERALIS INDIXIMUS*. In ordine verò ad id congregandum adjuutores dat Idatium ac Ceponium Episcopos eidem Turibio: qui in quadam ad utrumque Epistola diuturnitatem ejus pestis in Hispania grassantis tribuit omissioni sive neglectui celebrandi Concilia: *Quod quidem per mala temporis nostri, Synodorum conventibus decretisque cessantibus, liberius crevit*.

III. Hoc ipsum accidit circa relaxationem morum, & disciplinæ Ecclesiasticæ, in omnibus ius regnis ac provinciis, ubi nec Nationalia, nec Provincialia Concilia, immo nec Diœcesana, nisi fortè rarò aut perfunctoriè, celebrantur, quibus Præsules ipsi, sacerdotes, clerici, & tandem subditi omnes regantur, ac sese in officio contineant. Eam ipsam Conciliorum frequentiam indicunt sacri Canones, & exigit necessitas atque utilitas publica. Quot mala, quot peccata, quot animarum detrimenta ex eorum neglectu sequantur, experientia ipsa ubique passim docet. Utinam Illustrissimi quique

Primates, Metropolitanæ, & Episcopi, id præ oculis habeant; ne fortè in tremendo judicio Princeps Pastorum sanguinem animarum de manibus ipsorum requirat. Deserviant exemplo tot Concilia Hispaniæ ac Novi Orbis, tum Provincialia, tum Diocesana, sæculo præcedenti celebrata, eaque doctissima ac saluberrima, quæ Tomo IV. publicæ luci committimus: utinam cum aliquo Dei obsequio, & Ecclesiæ fructu.

IV. Sicubi autem in Notis sive Observationibus ad illa, vel alia monumenta sacra, aut in Dissertationibus Ecclesiasticis, aut denique in toto Opere satis prolixo, nobis aberrare contigit (sicut & in quibuslibet aliis lucubrationibus, tam editis, quam edendis) totum id judicio S. Romanæ Ecclesiæ, sive Sedis Apostolicæ, summittimus corrigendum, moderandum, aut profus delendum. Quin & quoties aut monitu doctiorum quorumlibet, aut studio proprio, meliora, vel alia ab iis didicerimus, absque cunctatione ulla sententiam commutabimus. Jam diu enim nobis altè infedit illud Gregorii Magni lib. II. Epist. XXXVII. *Ab omnibus corripì, ab omnibus emendari paratus sum: & hunc solum mihi amicum existimo, per cujus linguam ante apparitionem districti Judicis meæ maculas mentis tergo.* Vale, Catholice lector, mihiq; assiduis sudoribus in utilitatem publicam utcumque laboranti, & admodum peccatori, apud Deum tuis precibus opem fer, & superstiti, & vitâ functo..



LECTORIBUS PIIS,
ET ERUDITIS.

QUONIAM paucis erit satis otii ad
evolvendum tam vastum Opus Col-
lectionis nuper à nobis editæ, & di-
stributæ in quatuor grandia vo-
lumina Romanis typis; visum fuit conve-
niens hanc Synopsin illorum publicè luci
committere, veluti Enchiridion quoddam,
seu Manuale: in quo quilibet possit facile
ac breviter quærere, & invenire, ac ferè
ob oculos habere, quicquid in singulis Tomis
per ordinem distributis exstat, indicato
semper numero paginarum prædictæ editio-
nis Romanæ. Quisquis autem Concilia,
Epistolas, & monumenta, atque alia qua-
que indicata in hoc tam brevis & angustæ
formæ libro plenius nosse vult, adeat præ-
cipuum Opus, ubi singula plenè habentur,
& copiosius explanantur. Præfationes au-
tem aliquot nostras initio cujuslibet Tomi
exstantes, placuit initio hujus Opusculi re-
cudere; quoniam non parùm subsidii con-
ferre possunt ad capiendum facilius contex-
tum, & ordinem eorum omnium, quæ suis
locis integrè exhibentur, & ex instituto
pertractantur. Vale, lector, & hunc la-
borem nostrum boni æquique consule. Romæ
die xv. Februarii anno Eræ Christianæ
MDCXCV.

INDEX SUMMARIUS

EORUM, QUÆ CONTINENTUR TOMO PRIMO
CONCILIORUM HISPANIÆ, &c.

*Quæ duplici asterisco notantur, nunc primum in lucem
prodeunt; quæ verò unico, sunt difficilia inventu.*

- E**PISTOLA Garciæ Loaisæ ad PHILIPPUM II.
Hispaniarum Regem. pag. 1.
- E**PISTOLA Illustris. domini Loaisæ. De
Codicibus Mss. quibus usus fuit in sua
Collectione, de eorum fide & antiquitate. 3.
- * *Epistola* Illustris. D. Antonii Augustini, Ar-
chiepiscopi Tarraconensis, scriptorisque celeberrimi,
ad Hieronymum Blancam, De rebus Cæ-
saraugustæ, Episcopis, & Conciliis per eos
celebratis. 7.
- * *Ejusdem* D. Antonii Augustini, De Hispaniæ
Conciliis non editis, dialogus inter alios vicefi-
mus, ex libro posteriore. 9.
- ** *Epistola* Eminentissimi D. Gasparis Quirogæ,
Episcopi Conchenfis, postea Cardinalis, & Ar-
chiepiscopi Toletani, ad Gregorium XIII. Pont.
Max. gaudentem de Conciliis Hispaniæ inven-
tis, & ad se missis, ac desiderantem ut quædam
alia exquirantur. 10.
- ** Clarissimi viri Joannis Baptistæ Perez, primùm
convictoris Illustris. D. D. Gasparis Quirogæ,
deinde canonici Toletani, & Episcopi Segobri-
censis, Epistolâ ad lectorem, De Conciliis Hi-
spaniæ. 11.
- ** *Chronologia* Conciliorum Hispaniensium usque
ad Hispaniam à Sarracenis occupatam: certò
confirmata ex quatuor vetustis Conciliorum Co-
dicibus, curâ & studio clarissimi viri Joannis Ba-
ptistæ Perez. 13.
- * *Chronologia* Gotthorum Hispaniæ Regum, sub
quibus Concilia habita sunt, certius quàm ante-
hac constituta ex pluribus Codicibus Concilio-
rum Mss. & ex D. ISIDORI libro de Gotthis,
atque Wulfæ Episcopi Chronico, nondum im-
pressis.

60 *Synopsis Collectionis Maxime*

pressis, cum vera multorum nominum orthographia ex numismatis restituta. 15.

* *Catalogus antiquus Romanorum Pontificum à S. Petro usque ad annum DCCLVII. quo tempore interjecto celebrata fuerunt antiqua Hispaniæ Concilia. Ex Codice vetustissimo Bibliothecæ Palatino-Vaticanæ, scripto sub Pontificatu Pauli I. prædicto anno, aut circiter. Ad oram indicamus annos Christi, quibus unusquisque Pontificum cœpit regere Ecclesiam Romanam, juxta Chrono-taxin duplicem; alteram Catalogorum veterum, alteram Eminentiss. Cardinalis Batonii. Insuper sub asterisco* addimus nonnulla monitu digna ad marginem. 17.*

* *Chronologia Toletanorum Præsulum, primæ Chiladis Christianæ annorū: quorum ratio ex antiquis Mss. habetur certa & apud omnes explorata. 22.*

** *JOSEPHI S AENZ CARDINALIS DE AGUIRRE Apparatus ad Concilia Hispaniæ Pars prima. Sive Examen, aut Scrutinium Historico-critico-chronologicum Præfationis & Collectionis Isidorianæ Conciliorum & Epistolarum Decretalium, præsertim ad Hispanias spectantium: in honorem ac decus S. ISIDORI Archiepiscopi Hispalensis, Doctoris sapientissimi ac celeberrimi. 25.*

** *Præfatio ISIDORI in suam Collectionem Canonum & Conciliorum, incipientem: ISIDORUS Peccator servus Christi, conseruo suo, & parenti Fidei, in Domino salutem. 27.*

** *DISSERTATIONES ECCLESIASTICÆ in Præfationem Isidori ad suam Conciliorum & Canonum Collectionem. 31.*

** *DISSERTATIO I. Quisnam fuerit Isidorus Collector Canonum Conciliorumque, & quonam tempore vixerit. 32.*

Excursus I. Præmittitur, & multipliciter ostenditur, inter plures Isidoros, tum Latinos, tum Græcos, neminem Mercatorem dictum, cui Collectio Canonum & Conciliorum tribui possit. 32.

Excursus II. Varii Isidori apud Hispanos ab initio septimi sæculi usque ad finem octavi, de quorum singulis controversia esse possit. Diversorum opiniones relatæ & rejectæ. 33.

Excursus III. Ostenditur multipliciter, S. Isidorum Hispalensem fuisse Collectionis auctorem quoad potissimam sui partem; licet alius, sive Isidorus, sive alterius nominis, eam profecutus fuerit. 35.

Excursus IV. Confirmatur nostra sententia auctoritate clarissimorum quorundam virorum, non modò antiquorum, sed & recentium. 38.

Excursus V. Difficultates nonnullæ adversùs sententiam nostram objectæ & solutæ. Ubi plura observatu digna. 39.

** DISSERTATIO II. *De Collectionibus antiquis Conciliorum & Canonum, cum Isidoriana collatis.* 42.

Excursus I. De primis & antiquissimis Canonum & Conciliorum Collectionibus: ac primùm de illa quæ ferè à tempore Concilii Sardicensis facta fuit: tum de illa, quæ Concilium Chalcedonense sequuta est. Plura circa utramque observantur, præsertim apud Hispanos: & de Codice Canonum, quo li intra Concilia utebantur. 42.

Excursus II. De aliis posterioribus Canonum Collectionibus, & præsertim Dionysii Exigui, Ferrandi Diaconi, Martini Bracarenfis, & Isidorice Collectiones Dionysiana atque Isidoriana in quo conveniant aut differant. 45.

Excursus III. Præfatio alia Isidori ad suam Collectionem, eruta ab Archipræsule Marca ex duobus antiquissimis Mss. monasterii Rivi-pollensis in Catalonia, & collata nunc cum alio Biblioth. Vaticanæ: atque in multis diversa ab ea quam initio præmisimus. 46.

Excursus IV. Notæ in eam Præfationem, quibus explanantur & confirmantur plura in superioribus tradita circa S. Isidorum Hispalensem, ejusque Collectionem à calumniis vindicatam. 47.

** DISSERTATIO III. *An S. Isidorus Hispalensis Collectioni suæ inseruerit Canones qui dicuntur Apostolorum; & quotnam ex iis, ac quo jure.* 50.

Excursus I. Ratione dubitandi præmissa, ostenditur S. Isidorum initio Collectionis suæ inseruisse Canones Apostolis adscriptos; non tamen iis auctoritatem tribuisse: nec verba illius esse quæ modò exscripsimus, sed longè alia, quicquid contrà velint nonnulli, & olim censuerit Hinemarus. 50.

- Excursus II.** Cur S. Isidorus, licet in Collectione sua exscripserit Canones Apostolis adscriptos, rejecerit illos ad apocrypha, & intrusa ab hæreticis. Opinio quædam Bini & aliorum rejecta. 52.
- Excursus III.** Jure ne, an injuriâ, interpolator aut corruptor Præfationis S. Isidori ad suam Collectionem, tradiderit opinionem S. Doctori contrariam, tribuens auctoritatem omnibus Canonibus nomine Apostolorum editis. 54.
- Excursus IV.** Cuiam potius assentiendum sit; an S. Isidoro neganti exploratam auctoritatem Canonibus vulgatis Apostolorum nomine; an potius interpolatori asserenti? Argumeta præcipua pro unaquaque partium proponuntur, veluti rationes dubitandi. 56.
- Excursus V.** Præmittuntur quædam velitationes & conjecturæ ad dirimendam questionem, præsertim circa Synodum VII. Generalem, ac decreta Hadriani I. Stephani IV. & Joannis VIII. (aliàs VII.) Præsulum Romanorum, quoad Canones Vulgatos Apostolorum nomine. 58.
- Excursus VI.** Theses variæ, quibus singillatim dirimitur controversia, juxta ea quæ in superioribus tradidimus, tam circa mentem S. Isidori, quàm circa auctoritatem Canonum Apostolis adscriptorum. Porro ex octoginta quatuor circumferri solitis, solos quinque irrepsisse hæreticorum aut corruptorum fraude: reliquos autem omnes authenticos esse, & in singulari probatos à Pontificibus Romanis, Conciliis, & Patribus, quorum loca indicantur quoad quinquaginta priores. 61.
- Excursus VII.** Canones quinquaginta Apostolici, juxta versionem Dionysio Exiguo adscriptam (quâ & Isidorus Collector usus fuisse videtur) collati cum antiquissimo exemplari Mss. Vaticano num. 630. notatis ad oram varietatibus lectionum. 63.
- Excursus VIII.** Exhibentur & *ms. as* reliqui triginta quatuor Canones Apostolici, in Isidoriana Collectione prætermitti, juxta versionem Latinam Gregorii Holoandri è Græco. Porro ex iis solos tres suspectos esse de errore: reliquos autem omni veneratione dignos. 66.

DISSERTATIO IV. De Epistolis veterum Pontificum Romanorum collectis ab Isidoro, præsertim ad Hispanos scriptis, an sint germanæ, an potius confectæ ab ipso, vel saltem interpolatæ. 69.

Excursus I. Historia & auctoritas earum Epistolarum à tempore S. Isidori Hispalensis, veri illarum Collectoris, novem sæculis continuata usque ad annum circiter 1360; & solùm ad breve tempus interrupta in Gallis tempore Hincmari Rhemensis. Hadriani I. Papæ Capitula in eum scopum expensa. Discordiæ inter Nicolaum I. & prædictum Hincmarum, atq; origo earundem. 69.

Excursus II. Magdeburgensium, & aliorum Sectariorum opinio, rejicientium eas Epistolas veteres Collectionis Isidorianæ veluti nothas, à plerisque recentioribus Catholicis recepta, profertur: ejusque præcipua argumenta examinantur, & parum contra illarum *αὐθεντίας* extorquere ostenduntur. Porro si interpolatæ fuerunt, nequaquam id ab ullo Isidoro factum, sed à quopiam alio. 71.

Excursus III. Expenditur quoddam aliud argumentum Archipræsulis Marcæ adversus easdem Epistolas, & multipliciter solvitur. Porro multas Pontificum veterum, tam antiquorum Syricio, quàm posteriorum, germanas ab omnibus censeari, quamvis in nulla veteri Collectione existisse inveniantur. 74.

Excursus IV. Vindicatur auctoritas earundem Epistolarum Collectionis Isidorianæ argumentis Nicolai I. Papæ sanctiss. & doctiss. adversus Hincmarum Rhemensem, & alios Galliarum Episcopos in causa Rhotadi, breviter illustratis & expensis. Nonnulli Canones explicati, & quædam recentiorum paradoxa rejecta. 77.

Excursus V. Eadem Epistolarum *γνησιότης* demonstratur ex Capitulis Hadriani I. Papæ, & Notis eruditissimi Antonii Augustini in illa: quem perperam pro sua opinione allegant Marca & Labbè. Plura alia pro earundem auctoritate obiter prolata. 81.

Excursus VI. Plerasque dictarum Epistolarum, prout communiter circumferuntur, vehementer inspectas

spectas esse de interpolatione & aliis defectibus: non tamen respuestas, sed venerandas, & in auctoritatem recipiendas, cum delectu opportuno. 83.

Excursus VII. Quisnam fuerit interpolator & vitiator Epistolarum earundem: an fortasse Theodiscus successor S. Isidori in Episcopatu Hispanensi? Profertur & expenditur testimonium nomine S. Ildephonsi Toletani eâ de re à Luca Tundensi Episcopo editum. Verùm ostenditur, illud: esse aut supposititium, aut valdè suspectum. 85.

Excursus VIII. Confirmantur quæ in superioribus tradidimus auctoritate & rationibus Cl. viri Severini Bini, pugnantis pro eisdem Epistolis, veluti germanis, longè majori extensione, & minore delectu quàm à nobis præstitum fuerit. 88.

* *DISSERTATIO V. An Epistole veterum Pontificum Isidorianæ Collectionis introduxerint in Ecclesiâ Jus novum, antiquis & sacris Canonibus contrarium, ob ignorantiam grassantem octavo & nono sæculo.* 91.

Excursus I. Opinio affirmans quorundam recentiorum accuratè expenditur & refellitur. Vindicantur Patres sæculi octavi à nota STUPENDÆ, ET MISERABILIS IGNORANTIÆ, præsertim sacrorum Canonum, quam aliqui iis inurere audent. 91.

Excursus II. Uberior opinionis ejusdem refutatio quoad Patres, & præsertim Pontifices Romanos sæculi noni: quorum pietas & doctrina ostenditur alienissima ab ea ignorantie labe, & negligentie in servandis & tuendis Canonibus sacris. 93.

Excursus III. Ostenditur, catastropham illam Juris Canonici, ortam, ut ajunt, ex ignorantia Episcoporum, non habuisse locum in continuatione sæculi noni sub Leone IV. & Benedicto III. 96.

* *DISSERTATIO VI. An tempore Nicolai I. Papa inductum fuerit Jus novum ex Epistolis Isidorianæ Collectionis, sacris Canonibus contrarium.* 97.

Excursus I. Qualiter loquantur recentiores aliqui de Nicolao I. Papa, in ordine ad eversionem Juris antiqui, & introductionem novi: quasi contra illud vetus admiserit appellationem Episcoporum à Synodis Provincialibus ad Apostolicam Sedem. 97.

Excursus II. Nicolai I. Papæ sanctissimi & celeberrimi integritas & iustitia, præsertim in causis Rothadi & Hincmari utriusque, asseritur adversus aliquot recentiores, non dignè de illo loquutos. Ubi nonnulla de Hincmaro Rhemensi, quem aliqui plus iusto reprehendere videntur. 99.

Excursus III. Exscribitur ad longum narratio historica rerum Nicolai I. Papæ in causis Rhotadi & utriusque Hincmari, ex recenti scriptore Gallo Joanne Cabassutio, prorsus contraria Baluziana narrationi. 101.

**** DISSERTATIO VII.** *An jus Episcoporum ad appellandum Sedem Apostolicam, traditum in Epistolis Isidoriana Collectionis, fuerit re ipsa novum, & sacris Canonibus contrarium. Ubi plura adhuc de Hadriano I. & iterum de Nicolao, Pontificibus Romanis.* 105.

Excursus I. Occasio desumpta à recentioribus ex Epistola Melchiadis Papæ ad Episcopos Hispaniæ, exstante in Collectione Isidoriana: ubi iudicia Episcoporum dicuntur spectare ad Sedem Apostolicam. Ostenditur id non fuisse introductum novo aliquo jure, sed veteri, utpote conforme antiquissimæ traditioni totius Ecclesiæ, ejusdemque perpetuæ praxi, confirmatæ postea in Hadriani I. Papæ Capitulis, ex quibus plura observantur. 105.

Excursus II. Demonstratur idipsum ex Primatu Apostolicæ Sedis in omnes Ecclesias, non Occidentis modò, sed & Orientis; & ex perpetuo usu appellationum ex iis ad illam, præsertim in gravioribus causis, sive iudiciis Episcoporum, confirmato in Concilio Generali Sardicensi. 107.

Excursus III. Exscribitur & expenditur Canon quartus ejusdem Concilii Sardicensis in eundem scopum: pluraque ab Isidoro tradita in sua Præfatione circa idipsum variis observationibus illustrantur: præsertim ex doctrina & praxi Sanctorum Pontificum Innocentii I. Leonis I. Hilari, & Gregorii Magni. 110.

Excursus IV. Auctoritas Symmachi Papæ laudati ab Isidoro, contenta in Synodis Romanis quarta & quinta, celebratis initio sæculi sexti, expenditur

ditur in eundem scopum restitutionis Præfuluræ expoliatorum, & pro Nicolao I. Papa, adversus quosdam recentiores. Unde & illustratur plurimum Isidori Præfatio. 112.

** DISSERTATIO VIII. *An jure Isidorus in hac Præfatione dixerit, plura quàm viginti Capitula Concilii Nicæni in multis inveniri locis.* 117.

Excursus I. Eruditorum ferè omnium hujus sæculi opinio, eorumque potiora fundamenta, quibus suadetur, Canones Nicænos non fuisse plures quàm viginti. 117.

Excursus II. Profertur sententia Isidori affirmantis, ejusque argumenta examinantur: & aliqua quidem levia esse ostenduntur; alia verò majoris momenti urgentur & confirmantur multipliciter. 118.

Excursus III. Examinatur quintum argumentum Isidori, & roboratur multiplici ex capite. Acta Concilii Nicæni à principio grande volumen impleviffe: quod proinde pluribus longè Canonibus, quàm viginti, constaret. 121.

Excursus IV. Argumento alio penè ἀναντιστάτω eruto ex duabus authenticis Epistolis Julii I. & Leonis I. Romanorum Pontificum, suadetur, Canones Nicænos plures quàm viginti fuisse. Exceptiones recentiorum explosæ. 124.

Excursus V. Pluribus aliis veterum testimoniis certis & exploratis comprobatur eadem Isidori sententia. Ubi de editione Canonum Nicænorum longè uberiore Turriani, & Ecchellensis ex Arabico; quam fidem mereatur. 125.

Excursus VI. Occurritur argumentis auctorum contrariæ opinionis. Ubi de disceptatione Patrum Concilii Carthaginensis VI. cum Zosimo Papa, ejusque successoribus, circa appellationes & judicia transmarina. Ostenditur adversus Illustriss. Marcam, judicia Synodorum Provincialium nunquam fuisse, aut esse suprema. 128.

Excursus VII. Exhibentur τμήματα XX. præcipui Canones Nicæni, prout exstant in antiquis Codicibus ex interpretatione Isidori Collectio-
nis. 131.

* DISSERTATIO IX. An tribus primis sæculis Eræ Christianæ, præsertim post obitum S. JACOBI Apostoli, à discipulis ejus, vel eorum successoribus, celebrata fuerint Concilia aliqua intra Hispaniam, prætermissa in Collectione Isidori. 134.

Excursus I. De duobus Conciliis, quæ dicuntur celebrata in Hispania primo sæculo sub persecutione Neronis, juxta Chronicon Dextro adscriptum. Porrò illam certò affirmari ex columna quadam existente in Hispania; non autem ex Actis Græco-Latinis S. Photinæ, ut Bivarius & alii volunt. 134.

Excursus II. Examinantur eadem Chronici verba circa utrumque id Concilium, veluti celebratum ab Episcopis discipulis S. JACOBI. Porrò id verosimile esse: cum certus sit, & omni testimoniorum genere comprobatus, ejusdem Apostoli adventus in Hispaniam, ac prædicatio, sicuti & discipulorum. Expenduntur in eum scopum loca aliquot Patrum secundi ac tertii sæculi: veluti S. Justini, S. Irenæi, Tertulliani, & S. Hippolyti. 136.

Excursus III. Examinantur paullò accuratiùs quædam testimonia S. Hieronymi, S. Aprigii, & Venantii Fortunati, spectantia ad sæculum quintum & sextum Eræ Christianæ, circa prædicationem S. Jacobi Apostoli in Hispania. Ubi nonnihil obiter de Beato Presbytero, & Callisto II. tum de Anastasio Sinaita. 140.

Excursus IV. Eadem traditio de prædicatione S. Jacobi in Hispania confirmatur apertissimo S. Isidori testimonio in libro DE ORTU ET OBITU PATRUM, cujus *ymobtus* comprobatur adversus recentiores quosdam. Confirmatio ex Missali & Breviario Hispanico, probatis in Concilio IV. Toletano, cui idem Isidorus præfuit anno DCXXXIII. Testimonium aliud luculentissimum S. Juliani, immo & omnium Toletanorum Præsulum ejusdem sæculi, ac sequentium. Monumenta quædam eodem spectantia ex antiquissimo Ms. regii monasterii S. Æmiliani. 142.

Excursus V. Transitus ad testimonia Patrum & scriptorum octavi, noni, decimi, & undecimi sæcu-

seculi : ex quibus palam habetur continuatio perpetuę traditionis circa prædicationem S. JACOBI in Hispania ; non modò intra illam , sed etiam in Anglia , Germania , & Gallia . Exceptiones quorundam contrà opinantium , præsertim Nàtalis Alexandri , refutate .

145.

Excursus VI. Continuatio ejusdem traditionis duodecimo & tertiodecimo seculo , testimoniis gravium scriptorum confirmata ; præsertim Callisti II. Pape . Urgentur eadem testimonia nonnullis considerationibus .

147.

Excursus VII. Idipsum ex superabundanti confirmatur traditioe alia antiqua de adventu & apparitione DEIPARÆ ad B. JACOBUM , apud Cæsaraugustam Hispanię urbem : fulcitâ non solum testimoniis Pontificum , Regum , scriptorumque quamplurium , sed etiam variis monumentis antiquitatis Christianę , quorum aliqua expenduntur .

149.

Excursus VIII. Præcipuę difficultates adversariorum objectę & solutæ . Varia Scripturę loca in sensu germano explicata , juxta quę nihil repugnat prædicationi S. Jacobi in Hispania . Porro cum ea optimè coherere , ut Paulus postea ibidem prædicaverit . Quod & alia vetera monumenta ostendunt .

153.

Excursus IX. Testimonia quędam sanctorum Pontificum Gregori VII. & Innocentii I. quibus maximè innituntur adversarij , in ipsorum capita regeruntur ; & multis hinc inde observatis , ostenduntur nullatenus contradicere prædicationi S. Jacobi in Hispania .

155.

Excursus X. Inaniter cavillari recentiores illos , qui circa prædicationem S. Jacobi in Hispania majorem traditionis antiquitatem desiderant , quàm re ipsâ habeat . Porro illam non fuisse ortam in Concilio Toletano IV. sed confirmatam pro sacris Officiis Ecclesiarum Hispanię ; quamvis forsan scripta veterum illam testantia à primis seculis Erę Christianę jam tum periissent .

158.

Excursus XI. Iterum de Conciliis illis primis , & de aliis pluribus , quę secundo ac tertio seculo di-

cuntur

euntur celebrata in Hispania. Porro fieri potuisse ut aliqua eorum celebrarentur: de facto autem non constare, nisi ex Chronicis suspectæ aut nullius fidei, editis nomine Dextri, Maximi, Helece, Luitprandi, Juliani Perez, & Hauberti Hispalensis.

159.

*** APPARATUS AD CONCILIA HISPANIÆ**

PARS SECUNDA.

De Epistolis veterum Romanorum Pontificum ad Hispanos, in Collectione Isidori exstantibus. 162.

Epistola S. Anteri Pape & Martyris ad Episcopos provinciarum Beticæ & Toletanæ. Respondet consultationi eorum, licere quidem Episcopis transitum, seu translationem ex una Ecclesia in aliam; non quidem ex avaritia aut ambitione & propria voluntate: sed utilitate quadam & necessitate aliorum, ac iudicio potiorum, &c. Videtur scripta anno Christi CCXXXVII. 163.

**** DISSERTATIO X.** *An Epistola S. Anteri Pape jure plerisque eruditorum suspecta sit.* 168.

Excursus I. Difficultates aliquot contra auctoritatem hujus Epistolæ objiciuntur & extrincantur. 168.

Excursus II. An epigraphæ ejusdem Epistolæ ad Episcopos provinciarum Beticæ & Toletanæ, illam suspectam reddat. Ubi de divisione antiqua provinciarum Hispaniæ. 170.

Excursus III. An eadem Epistola centonibus posteriorum scriptorum interpolata fuerit, & proinde auctoritate careat. Occurritur argumento exinde petito, & concluditur quid tandem de illa censendum sit. 172.

**** DISSERTATIO XI.** *De translatione Episcoporum ab una Ecclesia in aliam, permessa ab Antero Papa ex gravi & urgente causa: an verè solita aut licita fuerit à priscis Ecclesiæ temporibus usque ad tempora Formosi Pape, & præsertim in Hispania.* 174.

Excursus I. Translationes Episcoporum licere quidem ubi communi utilitate & necessitate urgente,

gente,

gente, præter ipsorum voluntatem, legitima auctoritate fiunt. Porro, tunc non intervenire mutationem ex parte Episcopi, ab Ecclesia prohibitam. 174.

Excursus II. Quomodo aliqui recentiorum opinentur, translationes Episcoporum, etiam quavis urgente necessitate aut utilitate, non fuisse admissas ab Ecclesia primis novem sæculis, usque ad tempus Formosi Papæ; & quibus argumentis id ostendere nitantur. 175.

Excursus III. Opposita sententia ab Auxilio presbytero, Formosi Papæ defensore, tradita, ac plurimis exemplis confirmata, refertur, & diversimodè illustratur, ac vera ostenditur. 176.

Excursus IV. Nicephori Callisti rationes & exempla varia, quibus ostenditur, omnibus ferè sæculis usque ad tempus Formosi Papæ, apud Orientales in usu fuisse translationes Episcoporum ex causa necessitatis vel utilitatis publicæ. Ubi obiter plura correctæ & observata adversus quosdam scriptores. 178.

Excursus V. Idipsum demonstratur illustribus exemplis Hispanæ Ecclesiæ in Concilio Tolet. X. XII. & XVI. adversus quosdam recentiores agentes, Ecclesiam Latinam rigidissimè abstinuisse à translationibus usque ad tempus Formosi Papæ. 180.

Excursus VI. Stabilitur denuò justitia earundem translationum, præsertim in Hispania factarum sæculo septimo, ex sacris Canonibus & Decretis Romanorum Pontificum, quorum varia loca illustrentur aut vindicantur. Argumenta opinionis contrariæ objecta Excursu primo, enervia ostenduntur & enodantur. 182.

** DISSERTATIO XII. De transitionibus Episcoporum prohibitis ab Antero Papa, quàm contrariæ sint Canonibus sacris, ac Decretis Romanorum Presulum, quàm illicitæ & perniciosæ Ecclesiis. 184.

Excursus I. Appetitiones & transitiones ambitiosæ quorundam Episcoporum ad aliam Ecclesiam, præsertim majorè aut opulentiorè, improbatæ ab Antero Papa, quàm severè prohibitæ fuerint juxta sacros Canones. Plures eorum illustrati. 185.

Excursus II. Indicantur Canones aliorum Conciliorum, in quibus idipsum traditur: & proferuntur varia diversorum Pontificum Romanæ Ecclesiæ decreta, severè prohibentia transiiones voluntarias. Exhortatio ad DD. Episcopos, eruta ex eisdem Canonibus & decretis. 187.

Excursus III. Episcopum unumquemque jure divino contrahere vinculum spiritualis matrimonii cum propria Ecclesia, & fortius quidem quàm matrimonii carnalis: ut proinde non possit transferri ad aliam absque dispensatione Romani Pontificis, concessâ ex causa justa. Varia Epistolarum Decretalium loca expensa aut illustrata. 190.

Excursus IV. Explanantur causæ legitimæ ad justam translationem Episcoporum exactæ, sive ut Romanus Pontifex dispenset cum iis in solvendo priori conjugio spirituali. Eadem quoque consideratio proponitur Principibus & Consiliariis, ne præsentent quemquam, nisi ex eisdem causis. Incommoda ex opposito sequuta. 192.

Epistola Lucii Papæ primi ad Galliæ atque Hispaniæ Episcopos, ad ann. Christi CCLIII. vel circiter. 195.

** DISSERTATIO XIII. *An Epistola hec S. Lucii germana sit, an potius supposititia, prout aliqui eruditorum suspicantur.* 201.

** DISSERTATIO XIV. *De causâ Basilidis Legionensis, & Martialis Asturicensis, in Hispania Episcoporum, discussa hoc anno in Concilio Africano II. Preside S. Cypriano, ad annum circiter CCLVII.* 203.

** *Excursus I.* Historia ejus controversiæ desumpta ex Epistola S. Cypriani ad clerum & plebes in Hispania consistentes. Observationes nonnullæ circa illam. 203.

Epistola S. Cypriani Episcopi & martyris ad clerum & plebes in Hispania consistentes, de Basilide & Martiale. 206.

** *Excursus II.* Notæ uberiores in eandem S. Cypriani Epistolam. Porro Basilidem & Martialem depositos fuisse tanquam libellaticos deterioris conditionis, quàm alios quosdam, & restitutione
indi.

- indignos. Disciplina Ecclesiæ veteris circa Episcopos restituendos, aut eligendos. Monita ad Principes & Consiliarios eodem spectantia. Quis tandem fuerit finis controversiæ prædictæ. 210.
- Vita S. Xysti II. Pape.* Additis ad marginem variis lectionibus Mss. Codicum. 212.
- Epistola Xysti Papæ II. ad Episcopos Hispaniæ.* 213.
- ** *Excursus III.* Notæ in Epistolam S. Xysti. Porro illam videri scriptam occasione causæ Basilidis & Martialis, nondum terminatæ tempore S. Stephani Papæ. Ambos fuisse suis sedibus restitutos à Xysto, veluti depositos non servato juris ordine. Ordinationes aliorum in locum eorum irritas fuisse declaratas. Finem denique totius controversiæ nesciri adhuc. 215.
- ** *Excursus IV.* Criticorū plurium objecta adversus prædictæ Epistolæ auctoritatem extricantur. 216.
- Vita Dionysii Papæ ex libro Pontificali Damaso Papæ adscripto.* 218.
- Epistola Dionysii Papæ ad Severum Episcopum Cordubensem, De Ecclesiis parochianis, ut singule singulis dentur presbyteris, & ut nullus alterius parochiæ terminos vel jus invadat.* 218.
- Note Variorum.* 220.
- Vita S. Eutychiani PP. ex libro Pontificali sub nomine Damasi, cum correctionibus Mss. Lucæ Holstenii, ex præstantissimis Italiæ codicibus.* 220.
- Epistola Eutychiani Papæ ad Joannem, & ad omnes Episcopos Beticæ provinciæ, De fide Incarnationis Domini.* 221.
- ** *Excursus V.* Notæ in eam Epistolam historice & dogmaticæ. Porro scriptam fuisse præcipuè adversus heresim Pauli Samosatani, adhuc grassantem. Objecta quedam contra illius *ὑποστάσεις* enervantur. 224.

APPARATUS AD CONCILIA HISPANIÆ

PARS TERTIA.

- De ordine servato in Conciliis Hispaniæ.* 226.
- Ordo celebrandi Concilium.* 227.
- Exhortatio ad Principem, aliàs Via Regia.* 232.

** DISSERTATIO XV. *De ordine servato in Conciliis antiquis Hispaniæ, & qualiter in iis se haberent Episcopi ac Reges.* 234

Excursus I. Notæ in ea sacra monumenta, ex Concilio IV. Toletano, cui presuit S. Isidorus, desumpta quoad præcipuam sui partem. Mos antiquus pernoctandi in Ecclesiis, præsertim in vigiliis solennitatum. Initium Concilii summo mane. Quinam ad illud ingrederentur, & quo ordine ac ritu. Notarios quoque admissos, qui exceptores essent, & brevibus notis velocissimè designarent omnia ea quæ dicebantur. 234.

Excursus II. Reges Hispaniarum simul cum optimatibus, sive illustrioribus viris, ad Concilia admissos fuisse, ipsorum initio tantum, atque in terram humillimè prostratos, secutis precibus Patrum pro iis. Lectiones præviæ Conciliorum præcedentium, & collationes præparatoriæ circa Fidei mysteria & disciplinam Ecclesiasticam. Variæ preces intra triduum. Denunciatio Concilii, ac dierum Nativitatis & Paschæ pro anno sequenti. 237.

Excursus III. Notæ in exhortationem ad Principem, seu Viam Regiam, quâ ille officii sui ab Episcopis hoc loco liberè admonetur. Quàm turpiter se gerant, qui injustum Principem lætant, & jura potestatis regiæ ultra fas porrigunt. Porro Reges Hispaniæ in coronatione sua accepisse ab Episcopis unctionem, non qualemcumque, sed solennem ac regiam, & quidem primos omnium inter Christianos Principes. 238.

CONCILIUM ILLIBERRITANUM

XIX. *Episcoporum.* 240.

Canones LXXXI.

I. *De his, qui post baptismum idolis immolaverunt.*

II. *De sacerdotibus Gentilium, qui post baptismum immolaverunt.*

III. *De eisdem, si idolis tantum munus dederunt.*

IV. *De eisdem, si catechumini adhuc immolant, quando baptizabuntur.*

V. *Si domina per zelum ancillam occiderit.*

- VI. Si quicumque per maleficiū hominem interfecerit.
- VII. De pœnitentibus mœchie, si rursus mœchaverint.
- VIII. De fœminis, quæ relictis viris suis, aliis nubunt.
- IX. De fœminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt.
- X. De relicta catechumeni, si alterum duxerit.
- XI. De catechumena, si graviter egrotaverit.
- XII. De mulieribus, quæ lenocinium fecerint.
- XIII. De virginibus Deo sacratis, si adulteraverint.
- XIV. De virginibus secularibus, si mœchaverint.
- XV. De conjugio eorum, qui ex gentilitate veniunt.
- XVI. De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur.
- XVII. De his qui puellas suas sacerdotibus Gentilium conjungunt.
- XVIII. De sacerdotibus, & ministris, si mœchaverint.
- XIX. De clericis negotia & nundinas sectantibus.
- XX. De clericis & laicis usurariis.
- XXI. De his qui tardius ad Ecclesiam accedunt.
- XXII. De Catholicis in heresim transeuntibus, si revertantur.
- XXIII. De temporibus jejuniorum.
- XXIV. De his qui peregrè baptizantur, ut ad electum non veniant.
- XXV. De epistolis communicatorii confessorum.
- XXVI. Ut omni sabbato jejunetur.
- XXVII. De clericis, ut extraneas fœminas in domo non habeant.
- XXVIII. De oblationibus eorum qui non communicant.
- XXIX. De energumenis, qualiter habeantur ab Ecclesia.
- XXX. De his qui post lavacrum mœchaverint, ne subdiacones fiant.
- XXXI. De adolescentibus, qui post lavacrum mœchati sunt.
- XXXII. De excommunicatis presbyteris, ut in necessitate communionem dent.
- XXXIII. De Episcopis, & ministris, ut ab uxoribus se abstineant.

- XXXIV. Ne cerei in cœmeteriis incendantur .
XXXV. Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent .
XXXVI. Ne picturæ in Ecclesia fiant .
XXXVII. De energumenis non baptizatis .
XXXVIII. Ut in necessitate & fideles baptizent .
XXXIX. De Gentilibus , si in discrimine baptizari expetunt .
XL. Ne id, quod idolothytum est , fideles accipiant .
XLI. Ut prohibeant domini idola colere servis .
XLII. De his qui ad fidem veniunt , quando baptizentur .
XLIII. De celebratione Pentecostes .
XLIV. De meretricibus paganis , si convertantur .
XLV. De catechumenis , si ad Ecclesiam non frequentant .
XLVI. De fidelibus , si apostataverint , quamdiu pœniteant .
XLVII. De eo, qui uxorem habens, sepius mœchatur .
XLVIII. De baptizatis ut nihil accipiat clericus .
XLIX. De frugibus fidelium , ne à Judæis benedicantur .
L. De Christianis , qui cum Judæis vescuntur .
LI. De hereticis , ut ad clerum non promoveantur .
LII. De his qui in Ecclesia libellos famosos ponunt .
LIII. De Episcopis , qui excommunicato alieno communicant .
LIV. De parentibus , qui fidem sponsaliorum frangunt .
LV. De sacerdotibus Gentilium , qui jam non sacrificant .
LVI. De magistratibus & duum-viratis .
LVII. De his qui vestimenta ad ornandam pompam dederint .
LVIII. De his qui communicatorias literas portant , ut de fide interrogentur .
LIX. De fidelibus , ne ad capitolum causa sacrificandi ascendant .
LX. De his qui destruentes idola occiduntur .
LXI. De his qui duabus sororibus copulantur .
LXII. De aurigis & pantomimis , si convertantur .
LXIII. De uxoribus , que filios ex adulterio necant .
LXIV. De fœminis , que usque ad mortem cum alienis viris adulterant .

- LXV. De adulteris uxoribus clericorum.
 LXVI. De his qui privignas suas ducunt.
 LXVII. De conjugio catechumene femine.
 LXVIII. De catechumena adultera, que filiū necat.
 LXIX. De viris conjugatis, postea in adulteriū lapsis.
 LXX. De feminis, que consciis maritis adulterant.
 LXXI. De stupratoribus puerorum.
 LXXII. De viduis mæchis, si eundem postea maritum duxerint.
 LXXIII. De delatoribus.
 LXXIV. De falsis testibus.
 LXXV. De his qui sacerdotes accusant, nec probant.
 LXXVI. De diaconibus qui ante honorem peccasse probantur.
 LXXVII. De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur.
 LXXVIII. De fidelibus conjugatis, si cum Judea, vel Gentili mæchauerint.
 LXXIX. De his qui tabula ludunt.
 LXXX. De libertis.
 LXXXI. De fæminarum epistolis.
 ** Admonitio ad Lectorem eruditum. 240.
 ** Libri III. in Concilium Eliberitanum, auctore nobilissimo & eruditissimo viro D. Ferdinando de Mendoza, additis Commentariis, seu Notis, & observationibus plurimum recentiorum, ac novissimis Cardinalis de Aguirre. 241.

LIBER I.

- Caput I. De Concilii Illiberritani nomine, & urbe in qua habitum est. 241.
 Caput II. De tempore Concilii Illiberritani. 250.
 Caput III. An omnium Hispanicæ & Catholicæ Ecclesiæ Conciliorum Illiberritanum fuerit antiquissimum? 259.
 Caput IV. De auctoritate Concilii Illiberritani. 262.
 Caput V. De Canonibus veris Concilii Illiberritani. 269.
 Caput VI. De Canonibus, qui Concilii Illiberritani falsò esse feruntur. 285.
 Caput VII. De utilitate Conciliorum. 289.
 Caput

- Caput VIII. Episcopos *sanctos*, & Romanum Pontificem *sanctissimum*, ab initio Ecclesie appellari. 290.
- Caput IX. In Ecclesiis Concilia semper agi consueviffe, & cum omiffam, qua id de causa. 291.
- Caput X. Cur nomina Episcoporum initio Concilii praefigantur; & Consulum nomina, vel alia temporis nota, omiffa sint. Ubi de singulis Episcopis, qui huic Concilio interfuerunt, & presbyteris, & locis illorum, late differitur. 292.
- Caput XI. Cur de plebe mentio in hoc Concilio injecta. 323.

CONCILII ILLIBERRITANI

LIBER II.

- Caput I. Apostolorum Symbolum cur Patres Illiberritani initio hujus Concilii omiserint. 325.
- Caput II. Quae verbi *Placuit* vis: qui usus ejus in Conciliis. 327.
- Caput III. Quae sit templorum origo, quae ratio. 329.
- Caput IV. Quae idoli etymologia, quae idololatriae exterioris & interioris vetustas. 331.
- Caput V. Cur idololatria crimen capitale vel principale dicatur. 333.
- Caput VI. Quid *communio* nomine contineatur, & an perpetua communionis interdictio iusta fuerit, nec ne? 339.
- Caput VII. De flaminibus ethnicorum, non de Christianorum, hic agi: & qui *Flamines* dicerentur. 341.
- Caput VIII. *Moechia* nomine omnem illicitum concubitus comprehendendi: nunquam ipsam, ut naturam turpem, licuisse in Ecclesia: explicata in eam rem tria, Concilii Toletani I. Indori, & Clementis, loca. 344.
- Caput IX. Qui olim *sacrificati* dicerentur, qui *libellatici*. 361.
- Caput X. Cur flaminibus triennii, cum reliquis biennii, ad percipiendum baptismum tempus praescribatur. 370.
- Caput XI. Quid zelus, quid zelotypia. 372.

- Caput XII. Quæ olim flagellorum & verberum, quæ fustium pœna. 373.
- Caput XIII. Cur de tertio die mentio hic injecta fuerit. 374.
- Caput XIV. Quæ in fervorum castigatione dominorum potestas. 375.
- Caput XV. Ob delicta casu admissa cur olim pœnitentia imponeretur. 377.
- Caput XVI. Maleficium idololatriæ cur perfici dicatur. 380.
- Caput XVII. Adulteri coërcitionem ad Episcopos spectare. 383.
- Caput XVIII. De matrimonii & divortii antiquitate. 384.
- Caput XIX. Sine causa justa & judicio Episcoporum nunquam licuisse à matrimonio divertere. 387.
- Caput XX. Connubium secundum durante primo semper ab Ecclesia improbatum, præsertim ab Hispanica. Defensio Ambrosii Commentaria in Epistolam Pauli ad Corinthios. Explicatus in his locus de divortio, & alter Lactantii. 387.
- Caput XXI. Eorum lapsus detegitur, qui Concilio huic secundum conjugium, durante primo, aut admisisse aut permisisse imposuerunt. 396.
- Caput XXII. De catechumenorum connubiis: & cur relicta à catechumeno alteri nubere possit, & nupta ad baptismum admitti. 399.
- Caput XXIII. Cur hic quinquennii catechumenæ scemina, cum reliquis bienni, ad baptismum tempus definiatur. 402.
- Caput XXIV. De pœna lenocinii parentum. 404.
- Caput XXV. Quæ sit antiqua lenonum pœna. 404.
- Caput XXVI. 405.
- Caput XXVII. Virgines voto sacratas ab ipsis Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia, præsertim Hispanica: & cur de virginibus hic, non de viduis, mentio injecta? 407.
- Caput XXVIII. Post votum nunquam licuisse sacris virginibus vagam impudicitiam vel contubernium. Explicata in eam rem duo, Cypriani & Augustini, loca. 410.
- Caput XXIX. De lapsis virginibus sacris Episcoporum esse judicium. 417.

- Caput XXIX.** Quàm Deo accepta virginitatis oblatio. 417.
- Caput XXX.** Quantò ethnicis Christianæ virgines præstent. Illarum breve, harum perpetuum vinculum esse: dissolubile tamen Pontificis Maximi imperio. Explicata in eam rem Innoc. III. Epistola ad Abbatem Sublacensem. 419.
- Caput XXXI.** Quæ illi sceminae pœnitentia imponenda, quæ post stuprum, vel nupfit, vel non nupfit. 425.
- Caput XXXII.** Pœnitentes reconciliari debuisse, nec potuisse connubiis copulari. Explicatus Canon XII. Concilii Romani sub Sylvestro. 426.
- Caput XXXIII.** Gentilium connubia prohibita, & Ecclesiæ decretis irrita: lege tamen civili capitæ pœna contrahentibus non indicta. Explicata in eam rem Valentis & Valentiniani constitutio. 428.
- Caput XXXIV.** De hæreticorum, schismaticorum, & Judæorum connubiis. 434.
- Caput XXXV.** Cum Judæis matrimonia inita, ipso jure nulla. 435.
- Caput XXXVI.** Varia ethnicorum sacerdotum privilegia. Cur speciatim connubium cum illis interdicator. 436.
- Caput XXXVII.** De pœna Episcoporum & sacerdotum mœchantium. 438.
- Caput XXXVIII.** Quæ negotiatio clericis interdicta, quæ permessa. 441.
- Caput XXXIX.** De pœna usurarii, tam clerici, quàm laici. 446.
- Caput XL.** Quæ olim & hodie usurariis clericis pœna indicta: explicato Alexandri III. rescripto. 448.
- Caput XLI.** De laicis, non de clericis, hunc Canonem intelligi oportere. 450.
- Caput XLII.** De pœna eorum, qui in civitate morantes, tribus Dominicis diebus absuerint ab Ecclesia: & cur de aliis mentio omissa. 452.
- Caput XLIII.** *Dominici* diei nomen & festum ab ipsis Apostolorum temporibus. 453.
- Caput XLIV.** De tribus Dominicis cur hinc meminerint Patres. 455.

- Caput XLV.** Ecclesias divino cultui ab ætate Apostolorum dicatas : explicatis in eam rem Lactantio , Minucio , & Clemente Alexandrino . 456.
- Caput XLVI.** Lapsis non modò pœnitentiam non negasse Patres Illiberritanos , sed manifestè indulgisse . 459.
- Caput XLVII.** Quando parentum culpa redundet in filios , quando non redundet . Expensus in eam rem Divus Cyprianus . 462.
- Caput XLVIII.** Quid abstinentia , quid jejunium , & qui jejunii fructus . 465.
- Caput XLIX.** Cur mensibus Julio & Augusto jejunia sublata . 468.
- Caput L.** Quæ cantio olim in clericorum ordinatione adhiberetur . 470.
- Caput LI.** De privilegiis confessorum in literis indulgentiæ dandis . 472.
- Caput LII.** Jejunium sabbathi cur in Ecclesia Occidentali præceptum , in Orientali interdictum : explicatis in eam rem Clemente & Ignatio , & Canone LVI. Synodi VI. de quo & reliquis diffusè tractatum . 478.
- Caput LIII.** Extraneam fœminam & subintroductam in Conciliis eam intelligi , quæ nec matrimonio , nec sanguine conjuncta sit . 487.
- Caput LIV.** Cur virgines hujus Concilii tempore in parentum domibus habitare permitterentur . 493.
- Caput LV.** Cur eorum qui non communicant , munera non acceptet Ecclesia : explicato Canone XLIX. Concilii Laodiceni . 494.
- Caput LVI.** Eos solùm qui erratico spiritu actus exagitantur , hoc Canone comprehendì . 501.
- Caput LVII.** Dæmones cur spiritus erratici dicantur . 502.
- Caput LVIII.** Antiquum esse in Ecclesia offerentium nomina recitari : & an energumeni sanctæ communionis debeant esse participes . 504.
- Caput LIX.** Dæmoniacos à sacris Ecclesiæ functionibus semper repulsos . 506.
- Caput LX.** Mœchiæ crimen in adolescentia commissum subdiaconum impedit ordinari . 508.
- Caput LXI.** Cur qui in adolescentia fuit mœchus ,
subdia-

- Concistorum Hispanie & Novi Orbis, &c.* 81
 subdiaconus ordinari prohibeatur. 510.
 Caput LXII. Mœchiæ crimen impedit clericum ordinari, & ordinatum deponit. 511.
 Caput LXIII. Mœchiæ pœnam castitate initi conjugii solvi. 512.
 Caput LXIV. Reconciliationem pœnitentium ad Episcopos solos spectare. 512.
 Caput LXV. Absolutio pœnitentium an possit deferri diaconis: explicato in eam rem D. Cypriano. 516.
 Caput LXVI. Continentiæ legem semper ordinibus sacris annexam in Ecclesia: explicata Concilii Nicœni historia de Paphnutio. 518.

CONCILII ILLIBERRITANI

LIBER III.

- Caput I. Cereos in cœmeteriis incendi prohibitum ad inquietandos Sanctorum spiritus: & quid sit, spiritus inquietare. 527.
 Caput II. Cereos rebus Ecclesiæ sacris adhibitos, semper in Hispania probatos. 536.
 Caput III. Inquietari Sanctorum spiritus, quo alio sensu possit intelligi. 537.
 Caput IV. De pervigiliis, & earum antiquitate: cur hîc sublata: explicatâ Constantii Imp. constitutione in lege V. C. Theodosiani de sacrificiis paganorum. 539.
 Caput V. Imagines sacras ab Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia: & cur eas pingi hoc Canone interdictum sit. 548.
 Caput VI. Energumenos baptizandos, si extremo urgeantur periculo. 567.
 Caput VII. Luminaria accendi consuevisse in Ecclesia hujus Concilii tempore, eaque probata ab his Patribus, non prohibita: & cur ea accendere energumeni prohibeantur. 567.
 Caput VIII. In necessitate omnes posse baptizare observatâ Ecclesiæ formâ: & quæ sit hæc manûs impositio, quâ fideles perfici dicuntur. 568.
- XXIX. De pœnarum impositione.
- XXX. Pecunie pie citò reponende.
- XXXI. Sanctissimum sacramentum quo ritu deferendum.
- XXXII. Epistole figuratis hostiis non claudantur.
- XXXIII. Libelli contra clericos quando & quomodo accipiendi.
- XXXIV. Habeatur cura clericorum inopum.
- XXXV. Præjudicia parochis non fiant.
- XXXVI. Sacerdotes non sine bereto ad aram procedant.
- XXXVII. Ex præscripto Missalis osculanda manus sacerdotis.
- XXXVIII. Funeralium rationes ut excipiendæ.
- XXXIX. Sacristani habitent juxta templa.

- XL. Colores mutandi curam gerant.
 XLI. Visitatorum notarii sint clerici.
 XLII. Syndicatio visitatoribus danda.
 XLIII. Clerici decimas nec locent, neque conducant.
 XLIV. Declaratio constitutionum Antistiti reservata.
 XLV. Parochi & vicarii habeant constitutiones.
 XLVI. Potestas delegata eas exsequendi.
 XLVII. Examinatores Beneficiorum.
 XLVIII. Judices Apostolici.
 XLIX. Testes synadales.

* SYNODUS Limentis Diocesana X. ejusdem B.
 Toribii, celebrata anno MDCIV. 760.

Tituli capitulum XLIII. 760.

- I. Parochi post resignationem Beneficii ministrent sacramenta.
 II. Oleum & Chrisma in singulis Ecclesiis servanda.
 III. Testes baptismi fideliter adnotandi.
 IV. Idem illico post hoc & alia sacramenta faciendum.
 V. Parochi non exerceant pradia.
 VI. Ne ea conducant.
 VII. Matricule sacramentorum non committantur laicis.
 VIII. Populus ad Missas & doctrinam quomodo convocandus.
 IX. Quomodo etiam ad confessiones.
 X. Oblationes ubi & quando faciende.
 XI. Libere esse debent.
 XII. Nec per preconem indicende.
 XIII. Nec directe vel indirecte cogantur.
 XIV. Parochi idoneos sacramentorum ministros adhibeant.
 XV. De casibus Archiepiscopo reservatis.
 XVI. Ecclesiastica pecunie cura.
 XVII. Clare ac distincte conscribenda.
 XVIII. Ara sacra solis linteis sternatur.
 XIX. Sacerdos celebraturus inspiciat altaris paramenta.
 XX. Ara sacra linteis insuatur.
 XXI. Suppeditanea crucibus insignita non sicut.
 XXII. Sacra Eucharistia pro locorum opportunitate servetur.
 XXIII. Clavis tabernaculi nulli laico committenda.
 XXIV.

- XXIV. *Censuræ generaliter publicatæ singulos afficiuntur.*
- XXV. *Cruces in locis sordidis ne pingantur.*
- XXVI. *Ad signum salutationis flectamus genua.*
- XXVII. *Præbendarii in capitulo legant constitutiones.*
- XXVIII. *Et Regulam Consuetam.*
- XXIX. *Sacerdotes nullo serè loco vel tempore sumant tabacum.*
- XXX. *Missæ intra monialium cœnobîa non celebranda.*
- XXXI. *Sacella ad Missas aperta sunt.*
- XXXII. *Parochi se mutuò juvent.*
- XXXIII. *Cadaverum effossores plectuntur.*
- XXXIV. *Providetur copiæ confessoriorum.*
- XXXV. *Processiones parochiales Lime.*
- XXXVI. *De officio sacristani.*
- XXXVII. *Festæ & jejunia Limensia.*
- XXXVIII. *Vicarii & parochi habeant authenticum exemplar Synodi.*
- XXXIX. *Pœne non taxatæ relinquuntur arbitrio iudicum.*
- XL. *Dubia Archiepiscopo reservantur.*
- XLI. *Examinatores Beneficiorum.*
- XLII. *Judices Apostolici.*
- XLIII. *Testes synodales.*
- ²² *CARDINALIS DE AGUIRRE Clausula ad lectorem.*
766.
- ²³ *Viri insignes Hispani, Oratores regii, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Generales, Doctores, Concionatores, &c. qui intervenerunt Conciliis Generalibus Lateranensi & Tridentino, aut lucubrations aliquas vel Sermones in iis publicè protulerunt. Vide Præfationem, seu Rationem Operis, initio hujus voluminis præfixam.*

FINIS.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

1111

PLAUSUS
SEMINARII
ARCHIEPISCOPALIS

Neapolitani.

PLAUSUS

SEMINARI

ARCHIEPISCOPALIS

Neapolitan.

PLAUSUS

SEMINARII

Archiepiscopalis Neapolitani.

In adventu

EMINENTISS. PRINCIPIS

D. JOSEPHI

S.R.E. CARD. DE AGUIRRE

Protektoris Regni Siciliae

Post reparatam valetudinem.

Destinatus jussu

EMINENTISS. PRINCIPIS

D. JACOBI

CARD. CANTELMI

Archiep. Neapolitani,

Affidente simul

EMINENTISS. PRINCIPE

D. FORTUNATO


CARD. CARAFA

Præfule Averfano,

Et splendidissima aliorum Prælatorum,

Virorumque dignitate, & eruditio-

ne illustrium corona.



Neap. Ex Officina Sociorum Parrino, & Mutij 1695.

Superiorum licentia.

P L A U S U S

SEMINARII

Archidiecesi Neapolitanae

In editione

EMINENTISS. PRINCIPIS

D. JOSEPHI

SECRETARII

Prætorii

Prætorii

Prætorii

EMINENTISS. PRINCIPIS

D. TACCHI

SECRETARII

Prætorii

Prætorii

EMINENTISS. PRINCIPIS

D. FORTUNATO

SECRETARII

Prætorii

Prætorii

Prætorii

Prætorii

Prætorii



AD EMINEN.^{mum}, AC REVEREN.^{mum}.

PRINCIPEM
D. IOSEPHUM

S. R. E. CARD. DE AGUIRRE.

Pro recepta valetudine.



O R A T I O.

SI tota hodierno die
Neapolis, ad Te inte-
gerrimæ valetudini restitu-
tum gratulabunda conflue-
ret;

A 3 ret;

ret; & festis hæc Aula frequentissimi Populi vocibus personaret; quanta nostrum omnium animos Te sospite lætitia compleverit, Te facile intellecturum existimarem. Ea enim ore, oculis, voce, habituque gratantis animi argumenta præferrent, ut, Te cum atrocissima morbi virulentia conflictante, non de vnus, sed de communi ferè omnium salute dimicatum esse comprobaretur. Quoniam autem vnus Oratione aperiendum est, quod vix assequi totius Populi frequentia potuisset; vereor, ne quantum Tuæ est

est valetudini impar lætitia, tantundem impar lætitiæ Oratio mea videatur. Neque enim tantum mihi dicendi flumen est, vt publicæ hujus lætitiæ sensum assequi Oratione valeam, verbisque complecti: Neque tantus publicæ lætitiæ sensus est, qui contineri verbis, comprehendique Oratione patiatur. Sed quum ea demum magna lætitia sit, quam nulla dicendi copia extollere possit, aut adæquare; gaudendum mihi jure esse video, quòd nihil dicentis tenuitas detrahet argumento; imò præ-

clariùs tanto in argumento
 versata videatur, si illius
 magnitudini conatu, & ora-
 tione succumbat.

Ut autem lætitiæ hujus-
 ce fontes aperirem, per
 egregias animi Tui dotes O-
 ratio deducenda videretur.
 Quum autem non mode-
 stiam tuam, aut potiùs pa-
 tientiam fatigaturus affurre-
 xerim; mitto ea recensere
 quæ totus terrarum Orbis
 latè concelebrat; neque ul-
 la vnquam posteritas con-
 ticescet. Itaque ea dumtaxat
 enumerabo; quæ ita
 tua sunt, ut nostra ferè
 videantur, quæque ita Te

exornant ; vt in commu-
 nem omnium evadant vti-
 litatem ; vt in tua valetu-
 dine ; non folùm de tua ;
 fed de literarum , de fa-
 pientiæ , de Ecclefiæ , de-
 que Orbis falute gratule-
 mur : Deoque Opt. Max. ,
 fuperisque omnibus ingen-
 tes gratias agamus ; quod
 in edomita morbi tui vi ,
 totius christianæ Reipubli-
 cæ luctum , jaçturamque
 propulsârint : ac literis
 splendorem ; disciplinis glo-
 riam ; Ecclefiæ propugna-
 culum ; & huic sæculo or-
 namentum fauftiffimè con-
 fervârint . Quis enim , ro-

go , tanta cum laude in
 omni literarum genere sese
 exercuit ? Quis tantâ hu-
 manarum , Divinarumque
 rerum peritiâ floruit ? Quis
 tantâ Fidei hostes felicitate
 devicit ? Quis tanto de-
 mum virtutum omnium
 splendore ævi hujusce tene-
 bras illustravit ?

Obstupeſcent poſteri cer-
 tẽ , tot præclara ſapientiæ
 tuæ monumenta ſpectantes ;
 librosque tuos perlegentes
 incredibili eruditione refer-
 tos ; illud tamen impenſiùs
 admiror ; Te in tanta re-
 rum mole muſis etiã va-
 care potuiſſe ; ac poëtis om-
 nes,

nēs, ita versâsse, vt didice-
 ris; ita didicisse, vt probè
 teneas; & divina quadam
 animi facultate, quocun-
 que extemporali in argu-
 mento eorundem testimo-
 nia producas. Quantum
 autem in ijs studijs profe-
 ceris; de quibus suo Pin-
 darus jure cecinit, *χάρις δ' ἅπε*
ἅπαντα τεύκει τὰ μείλικα ψατοῖς
ἐταφέροισα πρῶν, vt nulla
 sine vberrimo gloriæ fœ-
 nore ætatis tuæ hora præ-
 teriret; luculentissima illa,
 quæ sæpè calamo ludente
 condidisti, carmina contestā-
 tur: vt ne cuiquam Ho-
 merum virtutis præconem

invideres; quumque & scri-
 benda faceres, & faciendâ
 scriberes; utrâque simul
 quod paucis mortalium con-
 tigit, laude floresceres.
 Nam ita carminum dulce-
 dine illectus es, vt non
 à musis ad animi quietem
 abstractus, sed musas ipsas
 à quiete ad gravissimas cu-
 ras abstraxisse videaris: ne-
 que jisdem abusus ad otium;
 sed quod jam de Achille
 Papinius noster cecinerat;
 ad virtutis incitamentum.
 Itaque incredibilem illum
 animi ardorem, quo ad
 eruditionem rapiebaris, mi-
 nimè retardârunt, quo mi-
 nus

nus per varia linguarum genera contentissimè spatia-
retur . Non solum enim eas, quæ superfunt adhuc, & indoctis etiam usui sunt; quamvis easdem non sine studio ipse didiceris; & latinam, in qua florentissimorum sæculorum elegantiam æmularis; quam etiam hac tempestate vigentibus mirum in modum literis, non tam præclarum est scire, quam turpe nescire; sed cum Hebræa, quam ad planiorem rerum Divinarum intelligentiam attigisti; Græcam etiam accuratè excoluisti; quæ licet vocum,

cum , rerum , scriptorum-
 que varietate plurimorum
 conatus fregerit ; ipse tamen
 tanta animi alacritate ag-
 gressus es ; vt nullo Docto-
 re (Quis crederet !) te
 ipso usus magistro , brevi
 complectereris , & quã pro-
 vinciam præstantissimi ho-
 mines Magistris , Doctori-
 busque iuvantibus reformi-
 dârunt ; tu sola fretus in-
 geniij magnitudine suscepi-
 sti ; & te tibi , quum non
 adhuc didicisses , Magistrum
 præstitisti . Quis igitur ad-
 miretur ; te in alijs dein-
 de disciplinis , quas vigi-
 lanti studio excolueras, Ma-
 gi-

gistrum locupletissimum ex-
titisse? Quis præclarissimas
suspiciat tot facultatum Ca-
thedras, quas non dicam
ornare, sed enumerare ne-
mo potest?

Itaque non sum prædi-
caturus, quantum Te Be-
nedictina Congregatio ge-
neralem Hispaniarum, An-
gliæque Magistrum admi-
rata sit; quantum te Sal-
manticensis Academia Do-
ctorem Theologum, & pri-
marium Sacrorum Biblio-
rum Interpretem observâ-
rit. Satis enim Tuæ sapien-
tiæ testis est, incredibilis
illa scriptorum multitudo,
que

quæ vigebit decursu seculorum. Testis est Philosophia, quam tribus voluminibus comprehensam tanta styli profunditate pertractasti, ut ad veterum laudem communi sapientum suffragio pervenires. Testis est disciplina moralis; quæ & in libro *Philosophia morum*; & in altero *De virtutibus, & vitij morum*, disertissimè tradidisti: Testis est Theologia, quam non solum cum ingenti orbis admiratione, vix vigesimum ætatis annum prægressus docuisti, idque Sal-
manticenli in Academia,

nimirum in literarum domicilio, in Sapientiæ Theatro; verum etiam tum *in ludis Salmanticensibus*, tum *in Theologia D. Anselmi* præstantissimâ ingenij Tui prole locupletasti. Testes sunt disciplinæ omnes, & facultates; quas passim in scriptis Tuis ita disseminasti, ut nullum Scriptorum genus fuisse videatur, quod non evolueris; nihil sapienti homine dignum, quod non fueris feliciter consecutus. Testis est Hispania, quam Tuæ sapientiæ lumine decorasti. Testis est Gallia, quæ ingenij Tui vires

experta, Te sapientissimum
 vltro fatetur, immo & pas-
 sim honoribus cumulat. Te-
 stis est Italia, quæ Te Car-
 dinalitia dignitate auctum-
 læta suscepit. Testis est Ro-
 ma, quæ exteras vidit gen-
 tes ad Te visendum conflu-
 xisse, & præclarior quid-
 dam in Te habuisse, quod
 Romæ præter Romam ad-
 mirarentur. Testes sunt om-
 nes denique hæreticorum
 Sectæ, quæ nominis Tui fa-
 mæ perculsæ nomen tuum
 trepidæ reformidant; neque
 Tuæ vniquam sapientiæ ob-
 latrare ausæ sunt. Itaque
 ad funestissimum illum mor-
 bi

di Tui nuncium sese auda-
 ciùs erexerant, vt Catholico
 nomini, literarum, disci-
 plinarumque ignorantiam,
 quod Te incolumi non au-
 derent, impudentiùs obje-
 ctarent. Quantum autem
 Te sospite illorum furor, &
 invidentia contabuit, tan-
 tumdem literæ, disciplinæ-
 que lætatae sunt.

Altiùs tamen lætata Ec-
 clesia est; quæ non solùm
 literis splendorem, & di-
 sciplinis gloriam; sed fir-
 missimum sibi etiam in ad-
 versitatibus præsidium, &
 munitissimum aduersus he-
 reses propugnaculum serua-
 tum

tum vidit, ac restitutum
 Utinam E. P. exantland
 pro Dei Ecclesia laboribus
 modum tādē adhibuisses
 ne in affecta tua valetudi-
 ne triste argumentum for-
 titudinis exhiberent. Quam
 autem hominis conditionem
 exuperent, perinde in ijs
 recensendis orationis fidei
 laborat; atque in ijs feren-
 dis vires tuæ conciderunt
 Quis enim humanum du-
 cat; tot, tantaque munera
 ita objisse, vt nec multitu-
 do obruerit, nec ætas ab-
 straxerit, nec dignitas re-
 vocârit? Deus immortalis
 tantos non vnius hominis
 di-

vina virtus potuit exhau-
 re labores, vt nec gravif-
 mis negotiorum curis stu-
 diorum cursum abrumpe-
 ret; nec continenti studio-
 rum curâ graviffima vn-
 quam munera retardaret?
 Nam quis non folùm in
 moderandis Cathedris, fed
 in Benedictina Congre-
 gatione labores complecti
 poffit? Quis te in Supre-
 mo Sanctæ Inquisitionis Se-
 ratu à Confiliis fecretiori-
 bus Catholicæ Majestatis,
 Supremum Romæ In-
 quifitorem, & Regni Sici-
 liæ Proteclorẽ meritis lau-
 ribus profequatur? Quum
 autem

autem in Hispanorum Conciliorum collectione, egregium te Ecclesiasticæ disciplinæ assertorem ostendisse, atque in evertendis passionum hæreticorum fundamentis Fidei defensorem comprobâsse; in sapientissima illa ac salutari Cathedræ Petri defensione colophonem eximijis tuis virtutibus addidisti. Tu enim multorum animos nimia licentia exultantes; & Petri Sedem perniciosissima libertate depræmere molientes, tanta sapientia confregisti, ut & innumerabilem Scriptorum multitudinem, & Ecclesiasticam

ruditionis jaētiam feliciter eluseris. Quamobrem assertā adversus plurimum, etiā Catholicorum, calumnias auctoritatem, tibi debet Sedes Apostolica quodāmodo, & abinde ipsa Ecclesia: Tibi debet extinctum tantarū rerum incendium; Tibi debet edomitam liberiorū juro hominum temeritatem. Tenim primus invētus es, qui Gallicano Clero, sanè Illustrissimo, & aliās tot nominibus venerando, Galliaeque vniverse summis ingentibus florentissimæ occurrens, & illorum omnium impetum sustineres: Teque

que adhuc Salmanticensi in
 arena decertantem suam
 Ecclesia habuit Athletam
 quem deinde victorem
 tanto prælio revertentem
 præclarissimo purpuræ mu-
 nere complexa est : vt in
 Ecclesiæ arce , quam stre-
 nuissimè tutatus fueras , æ-
 ternùm de victis hostibus
 triumphares . O gloriosissi-
 mum , & à vobis Super-
 conservandum virum ! Qui
 licèt literis , sapientiæ , &
 Ecclesiæ fatis diù vixisse vi-
 deri possit ; parùm tamen
 ætatis nostræ , & totius Or-
 bis desiderio nemo non fa-
 teatur . Quid enim habet
 il-

illustrius in quo ætas nostrâ
 glorietur? Quid est, quod
 acriùs animos inflammare,
 possit posteritatis ad imi-
 tandum? Quid est, in quo
 præclariùs superiorum tem-
 porum memoriam æmule-
 mur?

Novimus sanè complu-
 res aut literis præstitisse,
 aut sapientiæ studio valuis-
 se, aut pro Dei Ecclesia
 fortiter decertâsse, aut ad
 dignitates amplissimas eva-
 sisse. Verùm aut literis ab-
 diti nihil ad publicam utili-
 tatem indè protulerunt: aut
 sapientiæ fructus in confe-
 cta demum ætate maturâ-
 runt;

runt; Aut animi strenuitatem fortuna elusit; aut studiorum alacritatem dignitas extinxit. At tu, Sapientum Emin. ita literis animum adjecisti, ut in aliorum salutem totus incumberes; ita sapientiam coluisti, ut illos in flore juventę fructus protuleris, ad quos annis, studiisque confecta aliorum ætas non aspirat; Ita pro Ecclesia decertasti, ut apertissimo Ecclesię testimonio triumphares; Ita demum ad dignitates maximas evectus es, ut uberiores laborum segetem nanciscereris. Et hæc om-

omnia quidem collecta te-
 nes, quæ in cæteris disper-
 sa suspiceremus. Nam sa-
 pientiâ literas, strenuitate
 sapientiam, victoriâ, & di-
 gnitate strenuitatem coronâ-
 sti. Ut plurimum propterea
 tibi debeat sapientia, quòd
 in te, non ut in alijs; for-
 tunæ iniquitate jactata sit,
 sed felicitate fortunata;
 Non imperiis obnoxia, sed
 aucta; non fœdata mori-
 bus, sed ornata virtutibus.
 Quæ tot tantæque sunt, ut
 illas nemo citrà temeritatem
 ausit attingere: quum enim
 hos persequi tuarum vir-
 tutum rivulos in aliorum

vtilitatem manantes, elo-
 quentiæ vires antecellat;
 Quis virtutum oceanum
 credat unquam fermone
 complecti? Integerrimam
 fidem, pietatem eximiam,
 religionis ardorem, mo-
 destiam incredibilem, fa-
 cilitatem egregiam, pru-
 dentiam singularem. Deus
 immortalis! Si hæc de quo-
 vis superioris memoriæ vi-
 ro, aut de ficto apud poë-
 tas legeremus, quibus stu-
 dijs incenderemur? Te au-
 tem, quem præsentem in-
 tuemur, non observemus?
 Et ab ipsis faucibus fati
 divina ope servato: non
 gra-

gratulemur ? Imò dies ip-
 se, & aër, atque ipsi hu-
 jus aulae parietes, qui tua
 praesentia ornatur augustius;
 incredibili letitia gestiunt;
 quod te, quem regiones
 omnes, regionumque om-
 nium scriptores admiran-
 tur, Superum praesidio, suae-
 que salubritatis beneficio
 restitutum aspiciant. O
 Neapolitani caeli felicita-
 tem, ubi non solum Hi-
 spano Imperio, Ecclesiaeque
 nascuntur Heroës; verum
 ab ipso etiam interitu pe-
 nè excitantur. Plurimum
 quidem in Innocentio XII.
 Principum Optimo, Pon-
 tifi-

tificum Maximo, Ecclesie
 contulisti; omnia tamen
 promerita recenti accessio-
 ne cumulasti; quum eidem
 administrum rerum fidissi-
 mum reddidisti. Superest
 E. P. vt te diu publice
 saluti incolumem serues; qui
 nec concidere sine omnium
 luctu, nec surgere sine
 omniu letitia potes; quip-
 pe qui noveris, in tua sa-
 lute salutem omnium, le-
 titiamque pendere.

Constantius Criscolus Semin. Alumnus.

In



In ejusdem
 EMIN. PRINCIPIS
 LAUDEM.
 CARMEN.



Hæbe, Castalium nemus
 Sede qui colis aurea,
 Qui viros bonus inclytos

Vsque ad æthera laudibus

Divi carminis effers.

Huc ades resonum ferens

Barbiton, placida nova

Voce carmina concinens;

Et refer; Bonus hæresis

IOSEPH contudit hydram;

Cinge Calliope rubris

Casta tempora floribus ;

Huc veni citharam gerens

Auream nivea manu ,

Barbitumque sonorum.

Tange musa fides Viro

Culta crinibus aureis ;

Atque dic , age tibia ;

Luridam Bonus hærefis

IOSEPH contudit hydram .

Vos simul Dryades; quibus

Personat nemus, in modum

IOSEPH dicite carmina ;

Dicite ò Bonus hærefis

IOSEPH contudit hydram ;

Portas pandite Virgines

Montis nunc Heliconii ,

Montis culmina Vir subit ;

Dicite ò Bonus hærefis.

IOSEPH contudit hydram .

Princeps vndique consonat

Orbis Roma virum; sonat

Laudes Parthenope suas ;

Dicite, ò Bonus hærefis

IOSEPH contudit hydram .

Nomen ære perennius ,
 Quod jam non series ruat
 Annorum, & fuga temporis ,
 Fecit jam sibi laudibus .

Iam per sæcula IOSEPH .

Ferte candida lilia ,
 Ferte purpureas rosas ;
 Scripta carmina floribus ,
 Scribite, ò Bonus hæresis .

IOSEPH contudit hydram .

Jacobus Fasolus Semin. Convictor.





Ad eundem.

C A R M E N .

UT subitus sensit Stygij Dominator Averni
 Arte vigere tua sacris melioribus aras ;

O'decus Hesperiae, summi spes maxima Iberi
 Quà sacra terrarum Tiberini jura coluntur .

Infremuit dirum, sævaque accensus in ira ,

Lethiferas acies trepidanti immittit ab antro ;

Monstra ruunt, tua tecta perunt, & flatibus auras

Inficiunt, non ira Iovis de nubibus ignem

Fulminat excussis; subjectumque aëra quassat ;

Vt te dejecit stygiae vis effera pestis .

Infera sed rabies nequicquam summa lacescit

Sidera; quis poterit Superis obfistere fatis ?

Tum Pater omnipotens, Fidei cui cura salutis

Adfuit, & vitæ languentia lumina fovit ;

At-

Acque salubres Sebethi temperat auras .
 Inde tuo veteres surgunt in pectore vires .
 Perculit acceptæ Ditem vix fama salutis ,
 Mærores iterat, summisque irascitur astris ,
 Prosequitur gemitu laniata Proserpina vultus ,
 Tartara congeminant, horrendo Cerberus ore
 Assonat, Eumenidesque simul clamore queruntur .

Matthias Ferrarius Semin. Con victor.





Ad eundem.

EPIGRAMMA.

INvida lethiferos in te cum tenderet arcus
Mors, & crudeli stamina falce petit.

Robora tu mortis, fati tu frangere vires.

Atque Erebi rabiem tu superare potes.

Namque diu columen Petri cum sternere certat.

Ante tuos tandem concidit ista pedes.

Nec tremefacta tuas repetet certamine vires.

Quæ sensit Cæli Parca faventis opem.

Hæc decora egregijs meritis sunt (vera faremur)

Et majora virum, suntque minora tuis.

Iustus Cicula Semin. Alumnus.



Ad

Ad eundem.


Somnium Fatidicum :

Quum premeret Cælo roseos Aurora jugales,
 Altaq; jam Soli portas referaret Eoas;
 Dulcia spectantem ludebant somnia mentem.
 Visa mihi choreas inter, divasq; Sorores
 Calliope, resonæ referunt dum cuncta Sorores;
 Talia fatidico depromere gaudia cantu:
 Gaudeat, ò Petri Gens optima, gaudeat Orbis;
 Respiciunt Superi terras; en morte refracta,
 Auspice longa Deo numerabit sæcula IOSEPH.
 Fila resurgenti faciles nova ducite Parcæ.
 Hæreticos videam, videam quoque Tartara totas
 Irruere in Furias, notamque tremiscere dextrâ;
 Confractos videam, IOSEPH virtute, superbos
 Libertate nova nimium non fidere quosdam.
 Donec docta caput, merito Victoris honore
 Pur-

Laurea, fera quidem, sed tandem digna coronat,
 Illius ò quales referent in carmine laudes,
 Illius ò quantum resonabunt nomine Vates,
 Interea nectam flores, & munere parvo,
 Ingentem meritis liceat cognoscere IOSEPH,
 Dixerat; instaurant in liora choreumata Musæ;
 Et tandem placida cesserunt somnia mente.

Joseph Golinus Semix, Alumnus.





Ad eundem.

O D E

Q Vis, te remoto, fons Heliconijs

Fert haustus oris carmina? quę dabit

Te digna Musarum, perenni

Tollere quo valeam cothurno;

O, quę jugales Sol agit, & Thetis

Eporat amnes, maxime Principum;

Quem nuper admiratz Athenę,

Inclytum & obstupuit Lycęum;

Pennis ad altos præpetibus Polos

Securus isti, mente cubilia

Scrutatus, & tectum Tonantis,

Et taciti penetrabile Cœli.

O mactę sacris dignior infulis

Virtute Præsul, te quibus audeat

Effertę Clio, Vaticani

Gloria cui minor est Quirini?

Franciscus Carrara Semin. Convict.

Ad



Ad eundem.

E L E G I A.

EN nova Parthenopes discurrunt gaudia cāpos
 Et quæ pulsa metu, redditur alma quies.
 Redditur alma quies, numeros intendere nervis,
 Et positum numeris Musa retentat opus.
 Ingeminat voces, & cantibus Aethera mulcet
 Siren; congeminat gaudia Turba maris.
 Lata tibi tellus plaudit, tibi cœrula proles
 Concinit, & festis te sonat Æthra choris:
 Pax terræ, pontoque quies, & lumina Cœlo
 Reddita, cum IOSEPH reddita certa filus.
 Hæc & Hamadryadas festas agitare choreas
 Impulit; hæc recreat cuncta, recepta salus.
 Nam tua, quæ Mundi servat te plurima votis,
 Est eadem terris omnibus una salus.

Ignatius de Donato Sem. Alumnus,

Ad

Ad eundem.

Pro recepta valetudine.


ECLOGA.

A Ntra mihi, ripaq; sonent Sebethides undæ;
 Flumina dulcisono modulentur gaudia cursu:
 Agrestes mēcum resonent nova carmina silvæ;
 Quamquam majori IOSEPHI sibi gloria plectrō
 Gaudeat, atque alios repetant præconia cantus;
 Tu tamen agrestes vltro ne despice Musas;
 Nam tenues quondam sonuerunt Cæsare silvæ;
 Servatum diro senserunt funere IOSEPHI
 Flumina, quum liquidas agitant dulcius undas;
 atque hilari tacitas complerent murmure valles.
 Ducite Partheniæ choreas, ò ducite Nymphæ.
 Latitiâ Montes, & te nemus omne recepto
 Te nemus omne canit, reboatque in vallibus echo;

Floret ager, duræ dant mel lea munera quercus.
 Ducite Partheniæ choreas, ò ducite Nymphæ.
 Vnda velut fluxijs, humentia flumina plantis
 Ut filvis plantæ decori, nemorique cupressus;
 Sic tu terrarum IOSEPH columenque, salusque
 Ducite Partheniæ choreas ò ducite Nymphæ.
 Tempus erit, quo prima tibi data jura Quirino
 Pacatumque tuis referam virtutibus orbem.
 Tunc mihi silvestres liceat disperdere Musas,
 Et septem geminos tandem contingere colles;
 Gestaque majori tentabo percitus æstro.

Joseph Falanga Semin. Alumnus





Ad eundem.

EPIGRAMMA.

Um juvenē Sophiæ clara te laude vigentem

Audivit Pallas, credidit illa Senem.

regiâq; gravem tot munera mente gerentem,

Purpura cum vidit, credidit hæc juvenem.

Horis ergo vigor, juvenis sapientia; monstrant

Te in Senibus Iuvenem, Puberibusque Senem.

Januarius Fortunatus Sem. Alumnus,



Ad



Ad eundem.

O D E.

P Laude cantanti mihi Diva, Plausus
 Diva cantato dabis vna IOSEPH;

Quo tibi surgunt decora alta ab vno,

Plaude Minerva.

Hujus humanæ neget esse mentis
 Scripta, quæ longo relegenda ab ævo

Gens minor: quid si reliqui labores

Luce fruantur?

Græca ne laurum quatiat senecta:

Occident nugæ; at tua, vel rotetur

Cardine inversis nova sphaera Cœlis;

Pagina vivet.

Vivet, & cedro latæ dicata

Palladi, celsæ labor atque mentis,

Exiget sero meritas nepote

Pagina laudes.

Joseph Riccius Semin. Alumnus

Ad

Ad eundem.

O D E.

Ceu pulsus revehit diem
 Iam dudum nebulis Cynthius obsitus;
 Idem mollius equora;
 Et ponunt rabiem; flamina concidunt;
 Etatur reduci polus,
 Et Mundi species clarius enitet.
 Et te cum refugio gradu
 Confracta, Stygios mors pereret lacus,
 Et choreas agunt,
 Ludensque solum percutiunt pede;
 Et Zephyri leves
 Descendere jugis; Aonium nemus
 Et laudes resonat tuas,
 Pyrene placido murmure refluit;
 Et licet infremat
 Antris, incolumi Tænarus obstrepat.
 Et præfens columen canit
 Etas Austriadum, postera secula
 Et cent, Romulidum fide,
 Et toti Ausoniæ præsidium, & decus.

Ios. ph. Ianninus Semin. Alumnus.

Pro



Pro eodem

S O T E R I A .

HUc ades ò Pietas, terrâ Themî sancta revise
Atq; imple nobiscû animis gaudēti bus orbē

Namq; exoratæ rutilo nova pensa metallo

Voluere dignantur Parcæ . Vive ergo Tonanti ,

Et superis dilectæ virum: cui tota recumbit

Certa salus Fidei, victoria certa Quirini .

Tristes, heu nimium tristes, virtusque, fidesque

Et Benedictini splendentia sidera Cœli ,

Si pia placatæ clausissēs lumina morti .

Vidimus, heu, lacrimas tunc, quum Sebethus ab alto

Assurgens, gemitu convertit ad æthera vultum;

Talibus & mœstas complevit questibus auras .

Hæccine te fidei pertingit cura? quid ultra

Hæreseos tetrum condis sub Tartaron umbras

Alcitonans Pater, obnubis dum lumina Solis?

Ecquando, emeriti si dextera quiescat AGVYRRI

Ro-

ma triumphatis teneat Capitolia monstris :
 quando attortas circumlacrare catenas
 quinos videam, & stridentia mandere vincla ?
 perijt decus omne tuum Sebethæ ; quid aude ?
 amine credebas, altumque laceffere Iberum,
 galemque Thybrim: nunc en tibi creditur vni
 ta salus; lugenda statim tamen illa labascit:
 tharos jacta Superos, Pater optime rerum
 ste animum precibus; vosq; ò quibus ara calefcit,
 olamem nobis Heroëm reddite Divi .
 terat, at flentes patriæ dant carmina nymphæ;
 olamem nobis Heroëm reddite Divi .
 ic lzvum intonuit polus, & fulgore corusco
 nduit, vt flammis fereret Olympias ora :
 uit & Mundi Reçtor, morboque fugato,
 icruit fidei summam, te fospite, rerum .
 igitur dubitata Deæ nunc neçite fila,
 ite, & in longam subtegmina ducite vitam .

Blasius Troysius Semin. Alumnus.

Ad



Ad eundem .

EPIGRAMMA.

ARdua cocyti quateres cum monstra tyrann
 Laurea quis domito rettulit hoste? Fides.

Palladia palmas meteres cum victor arena ,

Quæ fuit egregio meta labore? Deus .

Cum gravis emensæ complexis secula vitæ ;

Quæ fuerint meritis digna theatra? Polus .

Ergò Tibi æternùm, terræque, poloque manebunt.

Gloria certa, Fides; præmia digna, Deus.

Nicolaus Mazxella Semin. Convict.



Idem

Idem Em. Princeps

CARDINALIS DE AGVIRRE

Ob Religionis ardorem Diuo CAROLO
apparet quodammodo similis.

EPIGRAMMA.

IMpia cum fureret totum bacchata per orbem
Hæresis, & Romæ fata timeret apex.

Contudit edomita monstrum cervice superbum

CAROLVS, asseruit voce, manuque fidem.

Cum nova in excidium rabies desumeret arma,

Impeteretque nova Regna ruenda face.

Protinus Hesperijs IOSEPH occurrit ab oris,

Et nascens habuit dira chimæra regum.

Quæ majora putas? major cui gloria? vtrique

Par decus; hæc IOSEPH, CAROLVS illa tenet.

Ioseph Gioffus Semin. Conviç.



C

Ad



Ad eundem.

EPIGRAMMA.

Conciderint cū fixa tuis monstra impia telis;
Et fortuna suas cesserit ipsa vices.

Cum decora antiqui penitus superaveris ævi,

Humanum meritis viceris vsque genus.

Vt videre viro mortali è germine major,

Vt mortem premeres, hoc superabat opus.

Hanc etiam fracto victam conspeximus arcu;

Vilimus & meritis fata minora tuis.

Bernardinus Caputus Semin. Alumnus.





Ad Eminentiss., ac Reverendiss.

PRINCIPEM
D. FORTUNATUM
S. R. E. CARD. CARAFAM.

CARMEN.

Cærulea Parthenopes per spumea currere coucha
Nereides vidi; cælo tum forte sereno

Ludebat placidus muscoso in margine fluctus.

Fatidicum vitreis Glaucum dein surgere ab undis;

Aëra mulcentem liquido dum concinit ore.

Dicite vos pelagi vaga Numina FORTVNATVM.

Dicite, cui meritos prætexit purpura crines,

Cui genus egregium proavis, nomenque, decusque;

Cui rident nostræ per cærulea mollius undæ.

Ducite Naxades Nereo plaudente choreis;

Tollite & emexicam sub sidera, tollite nomen;

In laudes pariter liquidi per marmora ponti

Murmuret vnda suas, sua nomina reddat arena.

Ludite delphines, celeresque per æquora thynni.

Cæruleaque, scopulique, omnisq; in marmore fluctus

Congeminent plausus, reddant & littora plausus:

Acta Carafæo de nomine tota resultet.

Sic ait, & Thetidos muscosis conditur antris.

Joseph Petagna Srmin. Alumnus.



Ad

Ad eundem.

P A N E G Y R I S.

GLoria multivagum, tacitas quo pergis ad oras,
Siste gradum, repetunt quæ jam declivia, solis

Siste rotas, celeremque fugam; permitte beatum

Longius ire diem, ne gaudia nostra citato

Abripiat cursu; gentem scis Diva, Virumque.

Prima tuo puerum nam tu de matre cadentem

Fovisti gremio, tu prima alimenta dedisti;

Quo prius ille animos, tantisque æqualia rebus

Pectora fonte bibit, par & majoribus annis

Ingenium, mentesque graves, & semina laudis.

Aurea cœperunt per te nova secula terris

FORTVNATE virum, per te sibi reddita virtus

Clarius, & tenero viguit splendentior ævo.

Vix vbi firmasti valido vestigia gressu,

Non tibi mens ludos, & somnos suasit inertes ;
 Nec terere ignavo permiserat otia luxu ;
 Sed facili ingentes exprompserat indole vires .
 Interea studijs animum permittis, & omnes
 Haufisti penitus Divino pectore causas ;
 Atque sua veluti sapientia regnat in arce .
 Ipse decus cunctis, columen Sapientibus vnum,
 Præsidiumque viris : faciles in præmia mores
 Senferunt tenues, sensit jactataque virtus.

Suspexit te Roma virum, suspexit & orbis ;
 Orbis inexhaustis cælo te laudibus effert ;
 Roma tuis meritum duxit virtutibus ostium .
 Nam tua, quæ laudes longè est prægressa parentum,
 Munere non generis, non ambitione potitur
 Digna legi virtus, vltro tibi purpura sese
 Obrulit, atque novos abs te desumpfit honores .
 Ipsa quoque erectum stupuit te gloria nutrix,
 Miraturque locum, quo non contenderet alij ;
 Et nullos aluisse pares ; ò digna supremo
 Facta viro, & longè supero inspicienda tonanti .
 At fileam factis patriæ immortalibus aucta
 Parthenopes decora ampla tuæ, laudesque Quirinais


Quid

Quid dicam te uno claram super æthera Romam ?
 Quæ tibi Regna parat, Mundique immensa volentis
 Imperia, & sacras humilis submittit habenas.
 O mihi fas, Superi, vultu spectare serenos
 luce illa proprius, Majestatemque decoram !
 tunc tua facta canam, tunc, & meliore cothurno
 te referam : Pandi referent hæc carmina rupes.
 nus Carafæ meritis non sufficit orbis ;
 nus Carafa at meritis benè sufficit orbi.

Januarius Mayellus Semin. Alumnus.



Ad



Ad Reverendiss. Patrem

PETRUM DE VALLE

Apostolicum Sanctiss. D. N.
INNOCENTII XII.
Concionatorem.

EPIGRAMMA.

U T te laurigeris sensit Tiberinus ab oris;

En tuus Aufonij Tullius, inquit, adest.

Audijt ut Pietas scelerum te monstra petentem;

Alter, ait, supero Paulus ab axe redit.


Cum niveos Orbis spectasset pectore mores;

Ornat, ait, nostras Angelus ecce plagas.

Salve igitur Sebetus ait, qui pectore Paulus;

Angelus orbe micat; Tullius ore tonas.

Io: Baptista Ayellus Semin. Alumnus


 ECCLESIAE PLAUSUS

sub auspiciis

INNOCENTII XII.

C A R M E N .

CUr flava eois lora jugalibus
 Non mittis alto Phœbus ab æthera ?
 Num fortè victus ponere lumina
 Favet in æthra ? sparge diem novum
 Terramque tantis indue gaudijs ,
 Atque ore de hætesis decorus
 Pontificis faveas triumphis .
 Io triumphat, Io profunda , qui subegit Tartara
 INNOCENTIUS rubentis splendet ore fideris
 Ecce victor dum refalget, ardet ostrum murice
 Io triumphat, Io profunda, qui subegit Tartara
 Alma currum lux tegebat ; axis extat aureus ;
 Atque volvitur rotarum curva moles aurea :
 Fulget, auro nunc superbis temo testus laminis
 Hic pyropus, & nitenti luce stellis præmitat
 Hic beryllus splendet, ignes mittit instar Hesperii .
 Huic

Huic sacrata Sede nixo stat columba vertice;
 Sacra plumas, infulasque; gestat alma lauream:
 Io triumphat, Io; profunda qui subegit tartara
 Ipsa currus alba vestes spontè fert Ecclesia:
 Hic fides micat smaragdo; nigra ducit carbasas
 Atque carmen de subacta voce cantat Hæresi.
 Io triumphat, io, profunda qui subegit tartara
 Quæ catenis fertur axis vincula ferro pectora.
 Atra tot convertit ora, quot colubris pullulata
 Sparsa crines, & venenum mandit ore Gorgonis
 Cor nocendi; mille claudit artes, mille nomina,
 Sed nefanda calcat ora noster Heros Hæresis.
 Io triumphat, io, profunda qui subegit tartara
 Roma gaudet, Orbis audet, magna cantu plaude
 Æra clangunt, & sonora victa cantant tartara.
 Plaudite victor Innocenti, Plaudite victor, hæresis.
 Plaudite Siren, alma Siren vicit INNOCENTIVS
 Io triumphat, io, profunda qui subegit tartara,

Antonius Perez Semin. Convictor



Ad

INNOCENTIIUM XII.

Pontificem Maximum.

EPIGRAMMA.

Improba quid jugi cœlum clamore fatigas
 Pauperies? largas en vahit amnis opes.
 Argus opes; Fidei latè quibus arma triumphant;
 Arma Acheronthæo jure timenda Duci.
 Nilius ò videam fractas virtutibus iras,
 Queis tota effuso sanguine regna gemunt.
 Illa tamen decuit tam sævo tempore virtus;
 Nec placida intrepidum tempora Pontificem.

Joseph Hippolytus Semin. Alumnus


PRO-



PROPempticon.

Pvblica Parthenopes testari gaudia, vires
 Si potuisse negant; sit voluisse fatis.

Andreas Lama Semin. Alumnus



ΛΟΓΟΣ

Λ Ο Γ Ο Σ .



Ἰχθυήτω τελευτᾶον, (ἐξοχώ-
τατοι ἄρχοντες) αἰχμηδήτω
ἢ τῆς ῥητορικῆς εὐγλωττίας

ἐπισήμη, ἐφ' οἷς ἐτόλμησε,
ἐ' αἰδοῖ ἀπὸ τῆς τῆς σφῆς ἠρώων πορφύρας
ἐρυθρήματος δανειζομένη μᾶλλον, ἢ λόγοις,
ἢ τοι χήμασι, ἢ τόλμαις κοσμηθεῖσα, ἀμω-
μήτως ὑπηρετικῆ μόνον θαρσείτω σιωπῆ τοσού-
τω τῷ ἀξιώματι προσκυνῆσαι. Τίς γὰρ αὖ
τεχνοσύνη τῆ τῆς αὐτῆς ἐρμηνείας δυνάμει
πεποικῆσα ἔτως εἶη, ὥστε ὄν μὲν εἰς τὸ τῆς σε-
μνότητος κορυφαῖον ἀνελθόντα, ἐ' πάσης τῆς
οἰκισμένης ἐγκώμια λαβόντα, ἔ μόνον ἐκ ἐπαί-
νοις ἐξομαλίζειν, ἀλλὰ ἔδε εἰσβλέπειν οἷά
τε ἦν τόνδε ἐν ταύτῃ τῇ ἀκαδημίᾳ κατ'
ἀξίαν βέλνται εὐλογῆσαι. Ἀράγε ὅτι τὴν
λαμπροτάτην μεγαλοφροσύνην οἱ μέγιστοι τῆς
ἀγίας Ἐκκλησίας ἐ' παντὸς τῆς κόσμου
φωσῆρες συσέλλασι; Ἀλλὰ πολλὸν γε δεῖ-
γ' μῆς μὲ γὰρ, μεγαλοφρονέσατοι ἄρχοντες, εὖ
πολλοῖς μὲν εἰκότες τῷ ἡλίῳ, ἐν τέτοις
ὃ μάλιστα ἰσοδυναμεῖτε, ὅτι ὡσπερ ἐκεῖνος
συναγαγὼν εἰς ἓν κέντρον τὰς αὐτὰ ἀκτῖνας
γενναϊοτέρως ἀπαυγάζει, ἐ' μείζονος ἀλλῆς
τυγχάνει. ἔτω καὶ ὑμεῖς μεγαλειότητα

D

ἐπὶ

ἐπὶ σενωχωρίαις συναθροίζοντες, τὸ μέγαδὸν
 συναθροίζετε, ἀλλὰ εὐφρέπειαν αὐξάνετε.
 Στενὸς γὰρ ὀλίγῃ ὑπῆρχε ὁ τῆς Σαλμαντικῆς,
 καὶ ἀπάσης τῆς ὑσάτης Ἐσπερίας ἕρανός τῶ
 σεαυτῶ ἀπαυλάσματι, ἐξοχώτατε ὦ ΑΓΟΤΙΡ-
 ΡΙΕ. Στενὴ ἐγένετο ἡ Νεάπολις εὐδοξίαις
 ταῖς ὑμετέραις, ἐξοχώτατοι ὦ ΚΑΡΑΦΑ,
 ὦ ΚΑΝΤΕΛΜΕ. Ἡ δὲ Ρώμη πορφύρας ὑμᾶς
 ἀξίωσα, ἠρώων πλήθει ἐκ πολλῆ χρόνῳ ἀθαύ-
 ματος, ἐκ ἐδωκῆθη ὑπερφυῶς ἐπὶ σοφίᾳ
 καὶ εὐγενίᾳ τριῶν (ὡς ἔπος εἶπεν) ἡμιθέων μὴ
 ἐκπλήττεσθαι. Τὶ ὄσω ἄγαθεεὶ χάριτας ἀγω-
 νιστικῶς ὁμολογῶμεν; Οἶδαμεν, γῆ δὲ θεὸν,
 οἶδαμεν χάριτας, καὶ εἰς ἀμοιβὴν εὐνοίας
 Νέσπορος εὐαγγελιζόμενοι τὸ βίον, αἰωνίως χαί-
 ρειν, αἰδίως κελεύομεν ὑγιαίνειν. Πάντες
 μὲν γὰρ ἡμεῖς ἀγαλλιώμεθα, ἐπεὶ πρὸς με-
 τρίαν σεμνότητα θρασέως πλησιάζοντες, ἀπὸ
 ποσαύτης ὑμῶν αἰγῆς σκοτίας τὰς ἡμετέρας
 ἐλπίζομεν ἐξωθεῖσθαι. Εἴρηκα.

Βλάσιος ὁ Τρωῦσιος τροφοίμος.

Εἰς ἐξοχώτατον καὶ σοφώτατον ἄνδρα , τῆς
 Ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς Καρδινάλιον,

ΙΩΣΗΦΟΝ ΣΑΕΝΖΑΓΓΙΡΡΕ
 ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Πολλά σε μὲ κομῆι , ὅσις σέο τ' ἔνομα
 μέτροις

Αἰνῶν , ἐλύμπεθ κείνο πρὸς ἄσρα φέρει .

Πλεῖστα δ' , εἰ ἀρετῶν ἥττων αὐγάσματι σιγαῖ ,
 Μένω αὐτάρκεις θαύματι καὶ σε βλέπει .

Ἰωάννης Βαπτιστῆς ὁ Ἀγγέλλος
 τρόφιμος .

Εἰς τὸν αὐτὸν

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Τίπτε μέλει Ἐλικῶν , εἰ Παρναύσιοι ταῖ
 ὕλαι ;

Ἐλθετε Θεσπιάδες , ναίετε Παρθενοῖαν .

Ἐνθα ἔαρ , ἐνταῦθα χοροὶ , ἐνταῦθα κομῶντι

Δένδρεα , εἰ ἀπαλαὶ μάλα φέροντι χλόαι .

Πᾶσα μὲ ἂ γαῖα χαίρει σαφέντος ἸΩΣΗΦ ,

Καὶ Σαβαθιάδες νύμφαι ἄγοντι χορῶς .

Ἰωσήφ ὁ Ἰαννῖνος τρόφιμος .

Εἰς τὸ αὐτὸν

Ω Δ Η.

Κρύοιτ' ὦ κιδάραν πλήκτρ' ἐλεφάντιναν,
Πλήττοιτ' ὦ ἱεροὶ βάρβιτα δάκτυλοι.

Ἦρως ἄσματ' Ἀπόλλων

Αἰτεῖ, ἄσμ' Ἀγυῖρριος.

Ἦῶν φαῖναι λαμπάδες αἰδέρα

Κοσμῶντες σκοτίας ὡς ἑάλον, ἐκβαλε

Φανδεῖς θάρσος ἀλαζόν

Οὗτος φέγγεσι δυσσεβῶν.

Εἰκῆ τ' κεφαλὴν Ταρταρίων κρυπατῶν

Ρωμαίσις προφέρεις πτώμασιν, ἄρεσις,

Μέχε' Ἐκκλησία ἔξει.

Ἡρακλῆ Ἀγυῖρριον.

Ἰωσήφ ὁ Ἰππόλυτος τρέφιμος.



Εἰς τὸ αὐτὸν

Ε Π Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α .

Ω^τ Θέτι , ὦ θυγατερ καλὰ Ὠκεανῶε
 βαθίσω ,

Μὴ λάβε ἐν βάθει νήγρετον ὕπνον ἀλός -
 Οὐκ αἶεις Σειράνας ὁμῶ νύμφας τε λιγαῖνεν ;

Ἦν ἐν Σαβήθω ὄχθα ἔοιτα χάρις .
 Κῶρας ἀγειρε τεὰς , κὴ ἦματα πάντα χο-
 ρείας ,

Σωθέντος μεγάλω ἐνθάδε ἀνδρὸς , ἄγε .

Ἰγνάτιος ὁ ἐκ τῶν Δωνάτων τρέφιμος .

Εἰς τὸ αὐτὸν

Ε Π Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α .

Τῖς νέος ἐνθα φάων νεφέλας ἀνόρησε Διῶκεια

Ἥλιος ἄραγόθεν ; τίς πόλιν ἔχε χάρις ;
 Πῶς ἦκων πόντις ἐν Σιβήθωιο φάων

Πεθόμεθ' ; εὐθύμως ἦγαγε τίςδε χορὰς ;
 Ἐγνων γηθοσιύλω . λαμπρὸς γὰρ ἐσώθη

ἸΩΣΗΦ ,

Κόσμη Ἐσπερίας ἀγλαον ἠδὲ κλέος .

Ἰωσήφ ὁ Πετάγνα τρέφιμος .

Εἰς τὸ αὐτὸν

Ε Π Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α .

Αργυρόπεζα Θέτις γλαυκᾶς ἀπ' ἄκρον
θαλάσσης

Ἄσματα Παγασίδων, χάρμαθ' Ἄμα
δρυάδων .

Καὶ λέγε θαυμάσδοισα λίαν . ἢ ἐσάθῃ

ΓΩΣΗΦ

Αὐτίκα, ἢ πάντων τάξιν ἔτρεφε φύσις .

Μαθίας ὁ Φερράριος συμβιότης .

Εἰς τὸ αὐτὸν

Ε Π Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α .

Χαίρετε Πιερίδων χορὸς ἄγνος, Φοῖβος
Ἀπόλλων

Χαῖρε, ΓΩΣΗΦΟΥ ἄξια μέλπε ἔπη .
Φάσθαι Παρθενοπην· χώρας Ἀγυῖρριος ἄχρῃς
Ἡμετέρας οἰκῆ· ἄξια μέλπε ἔπη .

Ἀγτώγιος ὁ Πέρες συμβιότης .

Εἰς

Εἰς τὸ αὐτὸν

Ωι Δ Η.

Φίλοι τὰν κορυφὰν λείπετε ὄρεος
 Μῶσαι, τῷ ποταμῷ λείπετε ὕδατα
 Περιησῶ, γλυκερὰν ἔνθα χέλιω φρέπει
 Κρῖεν, νῦν κελαδεῖν φέρτατον ἄνδρα δεῖ.
 Ὡ μαρμαῦρε Τάγω πορφυρὰ ὕδατα,
 Φαιδρὸς κὴ Τύβερις, τᾶδ' ἀγλαΐζεται,
 Θαυμάσδε σοφίαν· τᾶδε γὰρ ἔξοχος
 Αὐτὸς πανταχόθεν πίσιν ἐκάρτινε.
 Αὐτὰρ ποῖ φέρομαι; τίποτε γε θάρρει;
 Οὐ λεπτὰς μεγαλῶν ἐντὶ λύρας κλυτὸν
 Ἄδειν τᾶν ἀρετῶν ἄνδρα κελαδμένον.

Γωσπὸς ὁ Φαλάγγα τρέφιμος.



Εἰς τὸ αὐτὸν

ΩΙ Δ Η.

ΑΝὴρ ἐκεῖνος, ὃν πολῖται δέρχετε,
 Λέγουσιν εἶναι ἀνδρῶν ἐνδοξώτατον.
 Φήμη ΓΩΣΗΦ λαμπρὰ ἔτε παράγμασι
 Τετευμένη χολάζοι· ἀστὴρ εἰσέρχεται.
 Νῦν Ὀρφέος μήτηρ σοφῆ, ἐν οὐραῖ
 Αἶδοι ἀνδρα, τὴν γλυκίστῳ βάρβιτον
 Κρήων τε Φοῖβος ὑμνοῖσι τοῖς ἄσμασι.
 Φοῖβω ὅμῃ θεαὶ ἐπαινεῖν ἀξίου.
 Θεαὶ δράμειτε ἀνδρότητας ἀξίας.
 Κόσμη μέγιστον μῦστα μέλπε ρήμασι,
 Κρήντε καρδὰς παρθένοι ἐν Πηγιάσῳ,
 Δὴ πλῆττε μήτηρ Ὀρφέος τὴν βάρβιτον.
 Χαίρει τοσάτω μὴ λόφος Παρναάσιος
 Φοῖβω, ὅσῳ περ νῦν κόσμος χαίρει ὅλος.
 Φαιδρῶσι βᾶθισος Τύβου ἠχὴ ρεύμασι
 Σηβῆθος οὐρανόνδε τᾶτον ἐκφέρει,
 Ἔσυρε ρήμασ' ἥτορ οὗτος ἀνέρων.

Γάκωβος ὁ Φασῶλος συμβιωτής.

Εἰς τὸ αὐτὸν.

Ω Δ Η . Ι Η Η

Χῶρος ἤδη χαίρει ἔτος ,
 Καὶ Ὀλυμπος ἠδεται .
 Ζυμῶσαν ἄστρον ἄμμι φαίνει
 Εὐφροεπῆς , ἔ' ἥλιος .
 Ἡδὲ πηγὴ , ἠδὲ ἔρος ,
 Καὶ ὁ λειμὼν γηθέει .
 Μῆτε χίζει πόντος ἔυρω ,
 Μῆτε πλοῖον κύμασι .
 Ἐσὶ τότο τίπτε Μῆσα ;
 Εἰπέ μοι τ' αἰτίαν .
 Οὐχὶ δέρκεις ὡς ὁ πότης
 Νῦν ἸΩΣΗΦ ἐβλετο
 Ἄρπη αἶρεν ἄμμι ζωὴν ,
 Ἡ ταραττει τάρταρον ;
 Ἀλλὰ μοίρας ὠμότητα
 Νικᾷ ἦρος καρτερός .
 Τόνεχ' ὀρτήν νυῶ ἄγασι
 Πᾶντες ἐν γῆ ἀνέρες .
 Χαῖρε κόσμος , χαῖρε Τύβεις ,
 Χαῖρέ μοι νῦν Παρθένος ,
 Χαῖρε Φοῖβος , χαῖρε Μῆσα ,
 Χαῖρ' ἸΩΣΗΦ γνώσμε .

Ἰόςος ὁ Κικάλα πρόφιμος .

Εἰς

Εἰς τὸ αὐτὸν

Ε Π Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α

Παντοδαποῖς Μῦσῶν τί χορὸς μελέεσσιν
ὑπηχεῖς ;

Παίδευτὸς τε λαλὴν Φοῖβε κρέκεις τε
λύραν ;

Παρνασσὸν ποτε Δίκρανον , εἴ λείπ' Ἀγαν
ἵππην

Ἡδεῖαν , γλυκεροῖς ἄσμασιν ἔλθε ταχύς·

Ἄχρῃς αὖ ἡμετέραις οἰκῇ χάρασιν ἸΩΣΗΦ,
Σηθῆδος , νικᾷς Κασάλιον τὸ ὕδωρ·

Φράγκισκος ὁ Καρράρα συμβιωτής·

Εἰς τὸ αὐτὸν

Ε Π Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α

Εἶπετ' Ἰωσήφω καλὰ ἄσματα , εἶπετε
Μῦσαι ,

Αὐτὸν ὁμοῖωσαι ἀσερόσντι πόλῳ·

Ἡχέτω Ἐλικῶν Ἀγυῖρριον , ἄντρα τε Κίρρας

Μορμύραντι μόνῳ ἄξιον ἀνδρὶ μέλος·

Τὸτο ἐπεὶ κατέχων Ἐλικῶν κλέος ἔχε μέγιστον ,

Ἄκρον Πιέρος τὸ κλέος ἔχε χορός·

Βαρναφδῖνος ὁ Καπῶτος πρόφιμος·

Εἰς

Εἰς τὸ αὐτὸν

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

Εἴγροο ἐκ ποταμῶ ἀκὺς Σαβῆθε, κατεύδεν
 Πρώεο νυθ θανάτω ἔκφυγεν ἔνθεν ὄπλα.
 Ἀσμάτα τῶν νυμφῶν, χ' ἀδὺ συρίσδεν ἄκρε.
 Δὸς ᾗ τὸ σὺ τῶναι σήματα γηθοσιῶας.

Ιαννάριος ὁ Φορτηνάτος τρέφιμος.

Εἰς τὸ αὐτὸν

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

Πάντας πομπὰς φάυλιζε λαλῶντας ἸΩΣΗΦ
 Ἡ δὲ κλέυς ὅτιν ταῦτα δίδοντι ἔπι.
 Ἐξιδίαζε μόναν δόξαν, κὴ τῶτον ἔπαινον,
 Τοὶ ὅτι ἐκ ἴσον κόσμος ἔπαινον ἔχει.

Νικόλεως ὁ Μάζζελλα συμβιωτής.

Εἰς τὸν αὐτὸν.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Τῶν καλῶν ἀρετῶν ὁ χορὸς διάσημος
ἀπασῶν

Ἐν Πηννατέλλῳ φαίνεται Ἀρχιερεῖ.

Ἀλλὰ σε ἡ Παλλὰς, Μῦσαι τε σέφασιν
ἸΩΣΗΦ,

Καί σοι Φοῖβος ἔδω ἄσματα, ἠδὲ κλέος.

Ἢ οὖν σείλε μίτρα Πηννατέλλοιο τὸ γῆρας,
Αὐτὴ τὴν κεφαλὴν τευ, χρονία δ', ελεῖ.

Ἰωσήφ ὁ Γολίνος πρόφημος.

Εἰς τὸν αὐτὸν

ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΟΝ.

Τίς τεὰ δὴ κελαδεῖν πότε τοῖς μελέεσσιν
δύναται

Κύδεια; μήδ' αὐτὸς ἄξια Φοῖβος ἔχει.

Ἀνδρέας ὁ Λάμα πρόφημος.

Εἰς

Εἰς ἐξοχώτατον ἔ' αἰδεσιμώτατον,
ἄρχοντα

ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΟΝ † ΚΑΡΑΦΑΝ
ΚΑΡΔΙΝΑΛΙΝ.

Μ Ε Λ Ο Σ .

ΙἼεραὶ † ἄνδρα Μῶσαι,
Τὸν ὑπ' ἔρανώ μέγιστον
Ἐπέεσσιν ὑμνέεσθε.

Μάκαρ ὦ φάων ἐν ἄλλοις
Μερόπεσσιν, ὥσπερ ἐν ταῖς
Νεφέλαις φαει Α'πόλλων·
Βλέπ' ἐν ἀνθεσιν κορυσκας
Ἰλαράς ἀγεν χορείας
Παρά * ἄοσιν θαλάσσας,
Θέτιν ἐκ βάθους καλοίσσας
Πολυανθέας ποτ' αὔρας,
Τὸ μελίσδει ἐνθα τυμφῶν
Χορὸς, ἄσμα, καὶ τὸ φράσδι.

Ἴεραὶ † ἄνδρα Μῶσαι,
Τὸν ὑπ' ἔρανώ μέγιστον
Ἐπέεσσιν ὑμνέεσθε.

Πετάλοις ἐν ᾧ χελιδῶν
Δακρυόισσα μὴ κάθεζε·
Ποτὶ γὰρ ἰθ' αὐτὰ πενθεῖν·
Ἐκὰς ἐνθεν ἔρω' σπιδῶν,
Ἐκὰς ἀλκυῶν ἐς ἄσαν·

Δάκρυ' αὐτόδ' ἐσὶ, εἴβι-
 Ο' γέλωσ χάρις τε ἔνθα
 Ὅπυ ἐς' ἐμὸς ΚΑΡΑΦΛΑ-
 Ὅπυ ἐσὶ κλεῖος ἀνδρῶν,
 Θέλε χάριμα τῶτο ἡμαρ.

Ἰεραὶ τ' ἀνδρα Μῶσαι
 Τὸν ὑπὲρ ἕρανῶ μέγιστον,
 Ἐπέεσιν ὑμνέεσθε.

Τὺ μὲ ἄμμες ὑμνέοντες
 Λέγομεν, εἰ ἄσρα πάντα
 Καλέοντι εἰς Ὀλυμπον
 Ἀρεταῖσιν ἄξιόν τευ,
 Ὄθων ἄσρον ἄμμι λαμφθῆς.

Ἰανυάριος ὁ Μαίελλος τρέφιμος.

Εἰς τ' Πέτρων τ' Βάλλε αἰδεσιμώτατον τῶ

ΙΝΝΟΚΕΝΤΙΟΥ ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ
 Ἐκκλησιασθῆν

Ε Π Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α.


Α Μρι σέθεν σφραγῆ ἀρεταὶ χ' εἰτές τε
 μάχοντο,

Ἀνθεσσι αἰ σφραγῶν, αἰ ὃ λίθοισι δέλον.
 Ἀλλὰ θεῖς, μὴ ταῦτα πρέπει τὰ θνητά γε εἶν.
 Ἀβροτα τῆ ἀρετῆ ἀβρότη ἄσρα πρέπει.

Ἰωσήφ ὁ Κιόπρος συμβιωτής.

Τ Ω Θ Ε Ω Χ Α Ρ Ι Σ.

UNIVERSIDAD DE CÁDIZ



3743012621

